IHS

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUEL

8

8 A

15

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

53. F. 70

53
F
70

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# LVTHERVS THAVMATVRGVS OMNIBVS LVTHERANIS STRENÆ LOCO DONATVS;

Hoc eſt,

## DISSERTATIO DE MIRACVLO OMNIVM

*miraculorum miraculoſiſſimo, quo Luthericam fidem Lutherani diuinitùs confirmatam fuiſſe immeritò gloriantur.*

Bibliot. Soc. Jesu Coll. Rom.

Scripta à

LAVRENTIO FORERO
SOC. IESV THEOLOGO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*Cum Facultate Superiorum & Priuilegio Cæſaris.*

DILINGÆ.
*Formis Academicis.*
Anno Chriſti M. DCXXIV.
Apud VDALRICVM REM.

Digitized by Google

✠

# *PERILLVSTRI DOMINO D.*

# IOANNI FVGGERO IVNIORI

COMITI A KIRCHBERG ET VVeiſſenhorn, Domino in Kirchheim, S. C. M. FERDINANDI II. & Sereniſſimi LEOPOLDI Archiducum Auſtriæ Conſiliario & Camerario, Domino ſuo honorandiſſimo, felicitatem perpetuam, & fauſtum ineuntis anni auſpicium precatur

*LAVRENTIVS FORERVS.*

INTER alia mala, *Perilluſtris Domine COMES*, quę hoc tã calamitoſo tempore nos premunt, non eſt poſtremo loco numeranda illa antehac inaudita rei monetariæ perturbatio,

quæ pluribus Germaniæ noſtræ Prouinciis maiorem pænè, quàm Martius furor, cladem intulit ac vaſtitatem. Quocunq; te vertas, nulla de re crebriorem audias querelam, quàm de falſatâ pecuniâ, deq; numis non ſuo legitimo precio æſtimatis; vt hanc ob cauſam & fame moriantur homines, & negotiationes alioqui tam neceſſariæ propè funditùs euertantur.

Si materialis & corporeæ huius monetæ corruptio, tam noxia eſſe poteſt, quàm pernicioſa erit corruptio monetæ ſpiritualis? LVTHERVS profectò fuit eiuſmodi Monetarius, qui adulterinâ ſuâ pecuniâ mortalium plurimos decepit. Pro aureâ Christi & Apoſtolorum doctrinâ,

nâ, velut probiſsimâ moneta, ipſe peſtifera ſua dogmata, & hæreſes, Sacrarum Litterarum fulgore nonnihil coloratas & fuçatas Germaniæ obtruſit: & quanta auiditate ante bieñium, latentis damni adhuc ignarus populus, cupreos iſtos numos arripuit, & propemodùm deuorauit; tanto quoq; guſtu & affectu Lutheranæ doctrinæ monetam ſuperiore ſæculo infelix Germania acceptauit; vnde factum, vt plurimi, qui ſe opulentiſsimos euaſiſſe exiſtimarunt, totius ſpiritualis ſalutis, & incolumitatis ſempiternam iacturam paſsi ſint.

Ambulauit Lutherus p omnia veſtigia ſcelerati Paracharactæ, ſeu falſi Monetarij. I. Sine autori-

tate publica cudit ſuos numos: neq́; enim à Deo imediatè, neq́; mediatè ab hominibus fuit vocatus aut miſſus ad nouam ſuam doctrinam promulgandam. II. Materiam ipſam corrupit. nam puriſſimo auro Orthodoxarum quarundam veritatum, plumbum & cuprum hæreticæ falſitatis admiſcuit. III. Pondus etiam probatæ plurimis ſæculis monetæ imminuit, & plusquam Iudaicâ manu horribiliter circumcidit; dum non ſolùm multas ſententias è Sacra Scriptura ſuſtulit, ſed etiam integros libros Canonicos amputauit. IV. In imagine quoq́; & ſuperſcriptione fraudem fecit; idq́; duplici ratione 1. Pro vnanimi ſenſu & conſenſu Eccleſiæ, quo ſuam

monetam, hoc eſt, doctrinam, ſemper inſignitam voluêre antiqui Doctores, ipſe impreſſit ſuis numiſmatis ſenſum proprium, omni antiquitate inſuper habitâ & cõtempta; ita vt Scripturæ aliter accipi intelligiq; non debeant, quàm ſicut placuit Luthero. ſed fallax hæc eſt imago, & non legitima ſuperſcriptio. 2. Loco miraculi diuini, quo etiam velut ſummi Imperatoris vultu ſplendeſcere debet veræ doctrinæ moneta, ille miraculo diabolico ſuum Euangelium obſignauit. Cum enim nec potuiſſet mortuos ſuſcitare, nec cæcis viſum donare; ecce tibi! volucrem ſui Euangelij curſum pro miraculo proclamat, ſuaq; dogmata tam grandi prodigio confirmata ob-

ſigna-

Digitized by Google

ſignataq́; gloriatur. O impie A-poſtata! Non eſt hæc Dei imago: nō eſt diuina, ſed diabolica facies & ſuperſcriptio. Id quod breui libello iſto, quē ab hoc pſeudo-miraculo Lutherū Thaumaturgum appellaui, ampliùs declaro.

Cæterùm Illuſtri tuo nomine, IOANNES FVGGERE, hanc diſſertationem exornare volui, vt ea cōtra plurimos aduerſarios Zeloſum & feruidum haberet Patronum & defenſorem. Nota enim eſt Tua in Eccleſiā pietas, tua in Societatem noſtram beneuolentia; nota & Hæreticorum in nos maleuolentia. Boni igitur vt id conſulas, ēt atq; ēt rogo, ſimulq́; Deum precor, vt te cæleſtibus & temporarijs bonis cumulatiſſimū eſſe velit & iubeat. Dilingæ, Kal. Ian. 1624.

Digitized by Google

I.

# LVTHERVS THAVMA-TVRGVS,

Hoc eſt,

# DISSERTATIO DE MIRACVLO OMNIVM MIRACVLORVM

miraculoſiſſimo, quo Lutherani ſuam fidem diuinitùs fuiſſe confirmatam vaniſſimè gloriantur.

IAM olim vetuſtiſſimè in vſu ac more habuit DEVS, vt, ſiue vellet nouam quãpiam, & antea inauditam in Religione doctrinam hominibus ſequendam proponere, ſiue veterem iam collapſam, & ex iniuria atq; incuria mortalium pæne extinctam, interuentu alicuius ſingularis viri rurſus in pedes erigere, & priſtino ſplendori reſtituere, ſemper prodigioſa quædam ſigna, mirificoſq; aliquos ef-



Digitized by Google

fectus ederet, quibus ſe illius doctrinæ vel *Auctorem* eſſe primum, vel *Reparatorem* indubiè teſtaretur. Cum enim etiam in aliis multò leuioris momenti rebus minimè tutum ſit temerè credulum eſſe, in diuinis tamen id vſque adeò eſt periculoſum, vt nec Deus ipſe velit ſibi loquenti fidem haberi, niſi priùs effata ſua à Diuino ore procedere, cæleſti aliquo teſtimonio comprobaſſet.

Noua fidei doctrina ſine miraculis ſemper fuit ſuſpecta.

Documento ſit nobis Iſraelitici populi ductor notiſſimus; Quàm ſtupendis miraculis, quàm inuſitatis prodigijs ille ſe à Domino miſſum eſſe demonſtrauit? Ipſe Auguſtiſſimus Seruator noſter, vt ſe CHRISTVM probaret, ſuæq; doctrinæ aliquam Diuinitatis opinionem pareret, nonne hac ipsâ vſus eſt miraculorum auctoritate? *Cæci vident*, inquit ad Ioannis diſcipulos, *claudi ambulant, leproſi mundantur, &c.* Et: *Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: ſi autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operi-*

Exodi 4.

Matth. 11.

Ioan. 10.

*operibus credite.* Et rursùm. *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Joan. 15. Chriſtum deinde ſecuti Apoſtoli, Chriſtianam rem non ſegniùs miraculis, quàm verbis promouêre. *Neq; enim*, ait Hieronymus, *potuiſſent omnes gentes in tam breui tempore credere, niſi ſignorum miraculis fides earum quodammodo eſſet extorta.* Hieron. in cap. 65 Iſai. Loquētibus enim & clamantibus Apoſtolis, Dominus *cooperabatur, & ſermonem cōfirmabat ſequentibus ſignis.* Marci vltimo.

Cum ergo Martinus Lutherus ante vnius ſæculi decurſum *nouam*, & propè ſeſqui mille annis inauditam retrò in Religione doctrinam in medium attulerit, ad eamq; diuulgandam etiam extraordinariâ, & immediatâ aliqua vocatione à Deo ſe miſſum iactauerit, non immeritò fuêre nonnulli, qui in hac nouorum Fidei Dogmatum promulgatione etiam diuina quædam Opera deſiderarent, Lutheroq; dicerent; oſtende nobis *ſigna Apoſtolatus tui, quæ facta ſunt in omni pa-* 2. Corinthi 12. v. 12.

Quo Iure à Luthero exigant Catholici miracula?

 *tientia,*

*tientia, in ſignis, & prodigijs & virtutibus,* (quemadmodum Vas Electionis, Diuus Paulus ea digito monſtrare potuit Corinthijs;) vt credamus, *quòd apparuerit tibi Dominus.*

Exodi 4.

Atq; vt negari non poſſit, Lutheri doctrinam fuiſſe *nouam*, cùm eam inciperet diſſeminare, fatetur id ipſemet diſertiſſimis his, & meridiano ſole clarioribus verbis, *in breui Confeſſione de S. Sacramento* ita ſcribens. *Quoniam eo tempore* (nimirum circa annũ Chriſti 1520.) *doctrina hæc noſtra* NOVA, *& ſupra modum ſcandaloſa erat per vniuerſum orbem, pedetentim progredi cogebar, & propter infirmos multa concedebam, quod poſteriùs non feci.* Item, *Ego neminem ſcio, qui de fide & operibus rectè iudicare potuerit, exceptis Apoſtolis, &c. In cæteris libris id nequaquam inuenitur: vt ita mirum non ſit, eam doctrinam noſtris temporibus adeò periſſe, & extinctam fuiſſe.* & rurſùm. SOLVS *primò eram, & certè ad tantas res tractandas ineptiſſimus & indoctiſſimus.* Profectò ſi *ſolus*

Lutherus fatetur ſuam doctrinam fuiſſe nouã & ſcandaloſam eo tẽpore, quo illam cœpit ſpargere.

Tom. 8. Ger. Ien. fol. 181 b. §. 4.

Tom. 2. Ger Ien. de ſumma mandatorum Dei. f. 480.

Tom. 1. Lat. in præfat. VVitteb. 1545.

& qui-

& quidem *primò* talia Lutherus docuit, Ergo nec ante ipſum, nec præter ipſum quiſquam alius huiuſcemodi doctrinam tunc tradidit, adeoq́; eo tempore Lutheri doctrina *noua* fuit; vt proinde ferreæ frontis Lutheranũ eſſe oporteat, qui hanc *nouitatem* Lutheranæ fidei porrò audeat infitiari.

De *immediata* autem & *extraordinaria* vocatione Lutherum gloriatũ eſſe teſtantur Litteræ illius ad Electorem Saxon. datæ, in quibus ait *ſe Euangelium non ab hominibus, ſed tantùm de cælo per Dom. N.* IESVM *Chriſtum accepiſſe, vt planè potuerit* (*ſicut*, inquit, *poſthac faciam*) *ſe ſeruum Dei & Euangeliſtam nominare ac prædicare.* Atq́; idem aſſerit Apoſtata Reihing de Ecclesia diſſerens his verbis. *Vnde liquet Lutheri vocationem magna ex parte quidem mediatam & ordinariã: aliqua tamen tenus reſpectu admirandæ & ſingularis reformationis extraordinariam & immediatam fuiſſe.* Iure igitur meritiſſimo à Luthero miracula & prodigia diuina poſtula-

Lutherus Tom. 9. VVitt. f. 147

Apoſtata Reihing in diſſertatione de vera Eccleſia f. 16.

ſtulamus, quibus palàm omnibus demonſtret, doctrinam illam ſuam à cælo ſe accepiſſe.

Quædam ſpurca Lutheri miracula, quæ parum cauſam illius fulciunt.

Circumferuntur quidem aliqua memoratu digna ſcilicet Lutheri miracula; vt, quòd 1. ſacrum fontem, cum baptizaretur, fæda excrementorum egeſtione, velut alter Conſtantinus Copronymus, cõtaminauerit; quòd 2. à Maximiliano I. Imp. cacodæmonẽ in humeris geſtare viſus ſit; quòd 3. effecerit, vt qui antea vno Dæmone obſeſſi erant, poſtea ſeptenis obſiderentur; quòd 4. ſua morte Papam interiturum, & extremũ iudicij diem anno 1584. futurum tam certò prædixerit: quòd 5. vitreum ſuum Catechiſmum toties vna die memoriter recitauerit, vt Penetrationem corporum in ſtomacho, & Tranſubſtantiationem in naſo ſuo effecerit, quẽ in cuprũ abiiſſe ob tam aſſiduã potandi conſuetudinẽ, vix fas eſt dubitare. Hæc & plura huius farinæ circumferuntur Lutheri miracula, quæ tamen mihi non eſt

animus hac diſſertatione diſcutere, & in trutina rationis ſuſpendere; cum liquidum ſit, eis nihil ponderis ineſſe ad nouam hanc doctrinam comprobandam. Quare aliud marſupium recludendum eſt, è quo pro Lutheriſtica fide miraculum depromatur.

Vos Luthericolas compello; Ipſi edicite, ſi poteſtis, quæ miranda, quæ ſtupenda Magiſter veſter in teſtificationem ſuæ nouæ doctrinæ ſit operatus; quibus prodigijs ei diuinã conciliauerit auctoritatem. Si vera, ſi legitima, ſi publicis tabulis confirmata miracula protuleritis, à vobis ſtabimus. Placet conditio? Prouocantur Lutherani.

Placet, exclamat Saxonici Euangelij Tubicen Balthaſar Meiſnerus, qui in eo, quem aduerſus conſultationem Leonardi Leſſij conſarcinauit, libro, acriter contendit, etiam inter res à Luthero geſtas ingens aliquod miraculum reperiri. Ecquodnam illud miraculum? *Si usq; adeo* (inquit Meiſnerus) *moroſi in poſtulato eſtis, loco miraculi*

Meiſnerus contra Leſſium iactat miraculum grande Lutheri.

*allegare poſſumus magnum illud & admirandum Reformationis opus. Erat Lutherus miſellus monachus, nec ferro, ſed verbo Domini aggrediebatur Papam. Omnes Academiæ ſe doctrinæ illius opponebant; omnes Cardinales & Epiſcopi execrabantur: omnes Reges & Principes illum perſequebantur. Ipſe terror Orbis Imperator Carolus V. vnum iſtum Monachum debellare, veræq́ doctrinæ prædicationem impedire, cum maximè vellet, non potuit. Eiecta ſunt è clauſtris Dæmonia: captiui ſub tyrannide Papæ potenter ſunt educti. Magna hæc fuerunt miracula, & opera Domini; adeò, vt qui attentè legit hiſtorias illorum temporum, non poßit non exclamare, A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.* Hæc Balthaſarus Meiſnerus, edoctus ſine dubio à magno Magiſtro ſuo Luthero, qui de miraculoſa hac, & vt apoſtata Reihing ſupra appellauit, *admiranda Reformatione* ita ſcribit. *Scio vnde doctrina mea profecta fuerit; & quis me erexerit. Sed etiam opus ipſum de eo ſatis teſtatur.*

In libro de vtraque ſpecie tom. 2. Germ. Ien. f. 94. a. §. 2. & Tom. 7. Ger. VVitt. f. 355.

*Quam*

*Quamuis enim paruorum illorum ſignorum nullum fecerim (quæ tamen ſi res poſtularet, fortaſſis facere poſſemus: hoc certe pro magno ſigno & miraculo haberi debet, quod tam multos à Papatu abduxerim.* Similiter aduerſus Hircum Lipſienſem. *Non quidem,* inquit, *affirmare auſim, ſed tamen ſpero me in Dei nomine doctrinam meam cœpiſſe, & purũ Dei verbum docere. Sed huius ſpei meæ nullũ certius, aut efficacius documentum ac* MIRACVLVM, *habeo, quàm quod tam ſubitò in omnẽ terram* (excepta Africa, Aſia, America, & maiore Europæ parte) *propagata fuerit doctrina mea, tantaſq; turbas ac diſſidia cõmouerit.*

Notetur; Lutherus ait, *fortaſſis.*

Tom. 7. Ger. VVitt. fol. 147.

Lutherus ipſe de hoc miraculo ſe iactat.

Luthero inflatis buccis admodulatur Conradus Dieterich Vlmenſis Iubilator in concione, quam de Lutherano Iubilæo concinnauit, vbi inter alia Vlmenſem ciuitatem, ob miraculorum & multitudinem & magnitudinem ſupra cælum empyreum extollit, & recenſitis nouem immanibus miraculis, quæ Vlmam mirificè nobilitârint, propè Canonizat.

Vlmenſis prædicantis ventoſa iactantia. Anno 1617.

Miracula Vlmenſia Lutherana.

1. PRIMVM, quòd Lutherani Euangelij lux in Saxoniâ vix orta, mox per tot interiectas prouincias (& quidem ante omnes alias ſuperioris Germaniæ ciuitates) ad Vlmenſem agrum quoq; radiorum ſuorum

Fr. Ioannes Eberlin, & Fr. HenricusKettenbach.

ſtricturas proiecerit, duosq; Monachos pleno lumine ita colluſtrarit, vt absq; mora palàm apoſtatauerint, ſeſeq; huius noui Euangelij ſectatores profeſſi ſint.

2. SECVNDVM, quòd primo confeſtim quadriennio illic aliquot Centuriæ hominum, & breui pòſt, multa millia Lutherano dogmati adhæſerint.

3. TERTIVM, quòd Ciuicus Magiſtratus, alioqui Catholicus, tam promptè, tamq; celeriter nouo Euangelio fores aperuerit, poteſtatemq; Lutherana ſacra adminiſtrandi

Diſcant artificium arithmeticum caupones & mercatores Vlmenſes à ſuo Superintẽdente.

fecerit. QVINTVM, (ita enim numerat iſte Prædicans: annon eſt ingenioſus modus multiplicandi Lutheri miracula?) QVINTVM inquam, quòd Carolus V. Cæſar, etſi prorſus in ſua manu habuerit hanc vrbem, in eaq;

5. multa-

multarum rerum mutationem fecerit, Lutheraniſmum tamen non radicitùs extirparit. SEXTVM, quòd absq́; 6.
vllo grauiore motu ciuium, tota hæc Reformatio Fidei feliciter peracta ſit.
SEPTIMVM, quòd licet alibi etiam vſq; ad fuſum ſanguinem ſæuitum ſit in 7.
Lutherani Euangelij aſſeclas, Vlmæ tamen ne vnicus quidē capitis, aut vitæ ſuæ iacturam fecerit. OCTAVVM, 8.
quod Imperatoria illa Conceſſio, INTERIM dicta, (qua plebi calix, & ſacerdotibus vxores vsq́; ad futurum Concilium permittebantur, dumodo in cæteris manerēt Catholici) tam citò Vlmæ expirauerit. NONVM, quod 9.
ab eo tempore neq; Anabaptiſtica, neq; Schvvenckfeldica, neq́; Pontificia Religio in Vlmenſi primario templo tradita ſit, ſed per tot iam años puriſſimus, & ab omni erroris contagione illibatiſſimus Lutheraniſmus ſemper viguerit, florueritq́;. Annon hæc ſunt ſtupenda prodigia? miracula inaudita? Quis ſe contineat, & non in illud

Daui-

Digitized by Google

Dauidicum erumpat. *A Domino factum* Pſal. 117. v. 23.
*eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.*

Sed ô vos pauperes, & ſolidi gaudij egenos Lutheranos, ſi aliud miraculum nullum pro ſtabilienda veſtra fide habeatis! non à Domino, ſed, A Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris. Vultis vt hoc vobis demonſtrem? ſi lubentia eſt audire, vaciuas mihi aures commodate pauliſper, & faxo, vt me officio meo defuiſſe iure non conqueramini.

## PRIMVM ARGVMENTVM.

I. Argumentum.

*Non poteſt prudenter credi, facinus temerarium, ſcandaloſum, mendax, fraudulentũ, ſacrilegum, prorſusq́; ex ſe illicitum, à Deo fuiſſe approbatũ diuino miraculo. Sed Reformatio iſta fidei à Luthero cœ-*

*pta*

*pta & propagata, tale fuit ſa-
cinus. Ergo non poteſt pruden-
ter credi eam à Deo fuiſſe diui-
no miraculo approbatam.*

Maiorem nemo niſi effrons nega-
uerit. Probatur minor ſingillatim per
ſingulas partes.

I. TEMERARIVM ET SCAN-
DALOSVM facinus eſt, ſi SOLVS ali-
quis, & quidem *ineptiſſimus*, *indoctiſſi-
mus*, ac etiã *inſaniſſimus*, priuata pro-
priaq; auctoritate, contra totius Orbis
ac ferè quindecim ſæculorum vnani-
mem conſenſum, audeat veterem Re-
ligionem nouo cultu, nouiſq; fidei
dogmatis permutare, incertus, imò
vehementer anxius, veráne, an falſa
ſint illa dogmata, quæ ipſe nouiter
propoſuit. Sed Lutherus hoc fecit in
iſta Reformatione fidei.

Probatur prima pars huius argumenti.

*Fatetur* enim L. ipſemet ſe ad hanc
rem *primò* SOLVM, & quidem *ineptiſſi-
mum, indoctiſſimum, ac inſaniſſimum, ca-*

Tomo I. lat. VVitt. in præfat.

*ſu,*

*ſu, non conſilio* acceſſiſſe, adeoq́; non niſi priuatâ propriaq́; auctoritate tanti negotij molem ſuſcepiſſe. Cum enim is SOLVS fuerit ac *primus*, qui hāc doctrinam principio & tenuit, & docuit, quomodo ab aliquo hominum ad eam diuulgandam miſſus fuit? Si autem à nullo hominum miſſus eſt; nonne propria auctoritate id fecit? niſi immediatè à Deo ſit miſſus: quod etſi alicubi aſſerat, alibi tamen negat Lutherus. *Fatetur* II. etiā tunc *doctrinā ſuam nouā, & per vniuerſum Orbem ſupra modum ſcandaloſam fuiſſe*: & ab Apoſtolorū temporibus inauditam. *Fatetur* III. ſe ita incertum ac perplexum de auctore & veritate huius doctrinæ fuiſſe, vt nō ſine mœſto animi cruciatu, acerbiſq́; conſcientiæ recalcitrantis ſtimulis ſæpe optauerit talia nunquā inceptaſſe. Sic enim ſcribit. *Cor meum ita affectum eſt, vt ſperem me in Dei nomine hoc opus eſſe aggreſſum. Non tamen eius audaciæ ſum, vt de eo iudicium feram prædicemq́; publicè pro certo aliter non eſſe.*

Tom. 8. Ger. Ien. f. 181. b. § 4. Tom. 2. Ger. Ien. f. 480.

Anno 1521. Tom. 7. Ger. VVitt. in Reſponſ. cōtra Hircum Lipſienſem fol. 146.

*Nollem*

*Nollem libenter diuinum iudicium ſuper hac re ſuſtinere.* Et rursùm. *Nunquam eas cogitationes ex animo dimitto, nimirum, quod optarem & cuperem negotium hoc à me inceptum non eſſe.* Et alibi. *Quot, rogo medicamentis, quàm robuſta reſina Galaad, quam potentibus & euidentibus ſcripturis meam ipſius conſcientiam vix dũ ſtabiliui, &c? Quoties mihi palpitauit tremulum cor; & reprehendens obiecit eorum fortiſſimum & vnicum argumentum. Tu ſolus ſapis? Totné errant vniuerſi? Tanta ſæcula ignorauerunt? Quid ſi tu erres, & tot tecum in errorem trahas damnandos æternaliter?* Item; *Sæpe ſic mecum cogito: propemodum neſcio, quo loco ſim, & vtrũ veritatem doceam, nec ne.* Annon hîc perſpicuè fatetur Lutherus ſibi non conſtare de auctore ac veritate huius doctrinæ? Si enim indubitanter perſuaſum habuit Deo Auſpice ac Duce ſe telam hanc fuiſſe exorſum, cur non auſus eſt hoc ipſum quoq; *pro certo publicè* prædicare? *Opera enim Dei reuelare honorificum eſt.* Cur diuinum de cœpto hoc

Refert Hermannus Hugo è colloquiis menſalibus.

Anno 1522. Tom. 2. lat. VVitteb. in præfat. libri de abroganda Miſſa priuata.

In colloq. Isleb. de Christo f 96 §. 3.

Tobiæ 12. v. 7.

hoc negotio tam deſperabundè formidauit iudicium? cur tanta animi inquietudine velut in marino æſtu, fluctuauit aſſiduè, vt optauerit etiam à ſe hanc rem nunquam fuiſſe inceptam? Num potuit illum pœnitere facti, ad quod aggrediendum ſciebat certò ſe diuino ſpiritu incitatum? Certum igitur èſt, ex ipſius *Lutheri* confeſſione, *Lutherum* initio de ſua doctrina valde ambiguum atq; incertum fuiſſe; adeoq́; dum ſe venerandæ antiquitati, & tantæ ſanctiſſimorum ſapientiſſimorumq́; Eccleſiæ Doctorum ac Martyrum conſenſioni, ille vnus & quidem *indoctiſſimus, inſaniſſimus, & ineptiſſimus*, oppoſuit, *ſcandaloſum & temerarium* facinus deſignaſſe. *Non igitur à Domino ſed* à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Lutheri temeritas, ex Luthero patefacta.

II. MENDAX ET FRAVDVLENTVM facinus eſt, nouam doctrinam ſcienter per mendacia iniurioſè conficta,

ficta, & per conceſſiones ac ſimulationes illicitas, alijs perſuadere. Sed Lutherus hoc fecit in ſua Reformatione fidei. Ergo mendax & fraudulentum facinus perpetrauit.

Maior eſt certa. Probatur minor. Lutherus vt à Catholica Romana Eccleſia ad ſuum *nouum* Euangelium faciliùs rudem plebeculam abduceret, multa horrenda & abominanda flagitia doloſè, mendaciter, & iniurioſè confinxit de Papa, Epiſcopis, Monachis & aliis Catholicis, quæ euidenter ſciebat eſſe compertiſſimæ falſitatis, cuiuſmodi ſunt: Papam dicere; *non eſſe in Chriſtum credendum*. Papã dicere: *Sacramentum Euchariſtiæ non eſſe datum ad refectionem animarũ per fidem; ſed vt pro viuis & mortuis vendatur, & ex eo nundinatio inſtituatur*. Papam dicere: *Chriſtum eſſe ebrium, factum, ſtolidum, oblitum, quantam poteſtatem ligandi cum clauibus tradiderit*. Papam dicere: *Eum, qui non adoret crepitus ventris Papæ, peccare mortaliter*.

Tom. 7. Germ. fol. 599. b. & 600. a. Libro aduerſus Papatũ Romæ fundatum, &c.

Lutherus mendaciis imperitos à Catholica orthodoxa Eccleſia fraudulenter abduxit

 & plu-

Digitized by Google

& plura his non abſimilia dicta auditu*q́*; abominanda ; v. g. à Papiſtis, idololatricè coli imagines , non ſecus, quàm olim ab Ethnicis colebantur lignea & ſaxea idola : ab iiſdem inuocari quoq́; ſanctos pro vero Deo. *Papiſtas Virginem Mariam Deum conſtituere, & ei omnipotentiã* ( qualis ſoli Deo competit ) *in cælo & in terra tribuere. Aſinos quoq́; Louanienſes palam negare, Chriſtum eſſe prophetam : Eosdem negare nos habere remiſsionem peccatorum & vitam æternam per Chriſtum.* Quæ omnia ſunt impudentiſſima, & doloſiſſima mendacia, à Luthero tantùm eo fine conficta & fabricata, vt Catholicam fidem redderet apud omnes ſummè deteſtabilem & exoſam ; hoc n. ſi per fraudes effeciſſet Apoſtata, nõ dubitabat, quin propitijs aurib. Lutheranum Euangelium omnes eſſent accepturi.

In Euangeliũ de Feſto Annunciationis.

Tom. 6. Lat. VVitt f. 735. Ita Theologos Louanienſes Porcus Islebienſis appellat.

Deinde fatetur etiam ipſemet Lutherus, *eo tempore* ( Reformationis ſcilicet principio ) *ſe coactũ fuiſſe pedetentim progredi, & propter infirmos multa*

*conceſ-*

*conceſſiſſe, quod poſteriùs non fecerit.* Quibus verbis clarè inſinuat, ſe quamuis reluctante conſcientia, tunc in gratiam imbecilliorum, (ne ab vniuerſa Lutherana doctrina ſcilicet abſterrerentur, ſi nimis multa ſimul noua proponeret) conceſſiſſe nonnulla, quæ poſtea meliùs conſtabilitis rebus ſuis audacter & animosè negauerit. Quid eſt autem fallacijs & mendacijs vti, ſi hoc non eſt?

Vel enim in animo pro veris habuit illa Lutherus, in quibus ait *ſe pedetentim progredi coactum*; & tum fraudulentus homo fuit, ac veritatis de induſtria inimicus, qui quæ vera iudicauit, non niſi *propter infirmos* (vt ipſe ait) & quidem *coactus*, atq; inuitus ad tempus aliquod conceſſit, quæ *poſteriùs* rurſum tanta audacia negauit.

Vel pro falſis illa habuit, & tamen ſciens pro veris conceſſit, illaq; ſe approbare ſimulauit, & tunc nonne contra conſcientiæ ſuæ dictamen, itidem fallacem & improbum impoſtorem egit?

**Lutherus ſuiſmet verbis doli mali conuincitur.**

Ac non inuſitatum fuiſſe Luthero ſcienter negare id, quod verum affirmandumq́; cenſuit, & è contrario id quod falſum, adeoq́; negandum putauit, affirmare, vel ex eo diſcas, quòd poſtquam iam ſibi manifeſtò ex ſcriptura compertum eſſe dixerat, Eucharistiã Laicis non niſi ſub vtraq́; ſpecie & porrigendam, & accipiendam eſſe; nihilominus adhuc impudentiſſimè dicere auſus eſt; *Si quo caſu Concilium propria auctoritate id ſtatueret, aut permitteret* (ſcilicet ſumendam ſub vtraq́; ſpecie Euchariſtiam) *tunc minimè omnium ſe ſuosq́; velle vtrâque ſpecie potiri: imò tunc primùm in deſpectum tam Concilij, quàm ſtatuti ſui, aut alterutra tantum, aut neutra, & nequaquam vtrâq́; potiri velle.* Similiter alibi ait. *Hæc tibi certa regula & lex ſit, quando tibi Scriptura mandat, vt bonum opus facias; ſenſum eſſe, quod tibi prohibeat, ne vllum bonum opus facias, quandoquidem id facere non potes.* Annon hoc eſt *cauteriatam habere conſcientiam*, & ad fallendos alios, ſuppri-

Tom. 2. Lat. VVitt. fol. 416. a.

Tom. 3. Ger. VVitt. fol. 143. a. § 5.

1. Timot. 4.

ſupprimendamq́; agnitam veritatem prompto atq́; parato animo eſſe? An non hoc eſt diuina ludos facere? Euangelijq́; ſacra pedibus proculcare? & aut nihil omninò Scripturis credere, omnemq́; fidem Chriſtianam abnegare; aut aliud credere, aliud verò alios docere velle? quorum illud eſt inſigniter impij, iſtud etiam mendacis & fraudulenti.

Non poteſt ergò vlli amplius dubium eſſe, quin Lutherus artibus illicitis, hoc eſt, fraudibus & mendacijs ſuum Euangelium propagauerit. *Quare, Non à Domino, ſed* à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

III. SACRILEGVM facinus eſt Diuinis Scripturis violentas manus inijcere, easq́; quacunq; ratione ſeu addendo, ſeu detrahendo corrumpere, & deprauare. Hoc autem Lutherus fecit in ſua Reformatione.

Nam vt alia ſexcenta taceam, no-



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Ad Rom. 3 v. 28.

tiſſima eſt illa D. Pauli corruptio, qua Reformator iſte *Iuſtificatricem* SOLAM *Fidem* ſuam conatus eſt orbi perſuadere. Cum namq; in Apoſtolo antea tot cana ſæcula Græcè, Latinè & Syriacè nũquam aliter legiſſent, quàm in hunc ſenſum; *Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus Legis*: Lutherus tamen eum locum longè aliter vernaculo ſermone reddidit, & publicis typis pro puriſſimo verbo Dei ſic venditauit. *Arbitramur enim iuſtificari hominem* (ſolùm) *per fidem ſine operibus Legis, &c.* Quaſi verò non aliud ſit dicere, Dux Saxoniæ eſt Elector; & aliud; SOLVM Dux Saxoniæ eſt Elector. Et hanc à mente S. Pauli alieniſſimam, & mille crucibus dignã corruptelam nefarius homo aliter non excuſauit, quàm petulantiſſimo iſto conuitio; *Si papiſta* (inquit) *multa vult garrire de hac voce* SOLA, *ei confeſtim reſpondeto. Doctor Mart. Lutherus vult ſic habere: aitq; papiſtam & aſinum eſſe vnum. Sic volo, ſic iubeo, &c.*

Lutherus ſcripturam ſacram ſacrilegè corrupit, vt ſuos errores poſſet eò expeditiùs diſſeminare.

Tomo 4. Ger. VVitt. in litteris de ſua verſione Bibliorum.

Simi-

Similiter celebratiſſimam illam eiuſdem Apoſtoli ſententiam: *Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi,&c.* idem Lutherus nequiſſimo aſtu pro inceſtis ſuis nuptijs cohoneſtandis ita peruersè tranſtulit. *Numquid non habemus poteſtatem ſororem in vxorem circumducendi,&c.* 1.Cor.9.v.5.

Deniq; in illius apud D. Petrum verſiculi verſione, *Fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis*; penitùs expunxit illa verba, *per bona opera.* 2.Petri 1.

Quid iam de integris Libris Canonicis dicam? Horum nonnullos eadem fraudulentiâ, non cultris, aut leuiore ferro, ſed ſecuribus de corpore Scripturæ flagitioſiſſimè reſecuit, & detruncauit: idq; non aliâ de causâ, quàm quia videbat ab ijs ſibi viam obſtrui, quò minùs expeditè & liberè ſuos errores poſſet diffundere.

Lutherus epiſtolam S. *Iacobi* reiicit omnino, vocatq; *ſtramineam*: epiſtolam vero ad *Hebræos* aic *craſſum nanum habere contra omnia Euangelia & epiſtolã S. Pauli.*

Fuit ergo non tantũ TEMERARIVM SCANDALOSVM, MENDAX ET FRAV-



Digitized by Google

Cum Apocalypſi negat ſuum ſpiritum conſpirare poſſe. De libro Iob & Eccleſiaſtæ parùm honorificè ſentit: de quibus plura Tannerus in Anatomia Lutheri demonſtrat 2.

DVLENTVM, ſed etiam *ſacrilegũ* atq; ex ſe prorſus illicitum facinus deformatio iſta Fidei à Luthero perfecta. Vnde ſummo iure exclamare poſſumus.

*Non à Domino, ſed* A Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

## SECVNDVM ARGVMENTVM.

*Si iſta propagatio Lutheraniſmi ob tam celerem ac felicem ſui, aduerſus tot impedimenta, progreſſum, in miraculis eſt numeranda, ſine dubio nominatim oſtendi poteſt, quænam ex tam varijs Lutheri nomine inſignitis doctrinis tam conſpicuo fulſerit miraculo. Sed nihil tale oſtendi poteſt. Ergo, &c.*

 Maio-

Maiorem ſic probo. Sicut fieri non poteſt, vt è pluribus inter ſe capitaliter diſſentientibus Religionibus, plures veritati conſentaneæ ſint, quam vna, ita fieri non poteſt, vt ex ijs plures confirmentur diuino miraculo, quã vna: Veritas enim vna eſt, & ſibiipſi minime aduerſa: neq; Deus, qui eſt ſuprema Veritas, in gratiã falſitatis vllum patrat miraculum. Cum igitur indubiè conſtet, Lutheraniſmum ſtatim, atq; in apertam lucem prodijt, in plurimas, easq́; inter ſe hoſtiliter diſſidentes ſectas fœdiſſimè diſcerptũ dilaceratumq́; fuiſſe; nõ poteſt vlla probabilitate aſſeri, celerem ac felicem illarum ſimul omnium propagationem miraculi loco habendam eſſe; ſed omninò, ſi aliquod miraculum hic accidit, neceſſarium eſt, id in confirmationem vnius tantummodo certæ ac determinatæ doctrinæ accidiſſe.

Lutheraniſmus vix natus, & diuiſus in ſectas plures fuit.

Iam etiam minor probatur. Si nominatim oſtendi poteſt, quænam ex tot doctrinis Lutheranis, cæleſti mi-

raculo comprobata fuerit, ea vel eſt doctrina ab ipſo Luthero immediatè tradita, vel à Lutheri diſcipulis per Germaniam ſparſa. Sed neutrum horum poteſt citra iniuriam veritatis dici.

Lutheri ſumma inconſtantia.

Nam vt priùs de ipſo Magiſtro agamus, eo tempore, quo Lutheraniſmus longè maxima cepit incrementa, Lutherus in multis ſummi momenti articulis, nullam certam, conſtantem, & inuariatam doctrinam tradidit; ſed velut arundo vento agitata, modò in hoc, modò in illud latus nutauit, ſibiq; ipſi aſſiduè contradixit; ita vt non ſolùm annus ab anno, ſed etiam vnus idemq; menſis nonnunquam à ſeipſo in grauiſſimis rebus vehementiſſimè diſſenſerit. Non poteſt igitur oſtendi certa & determinata aliqua Lutheri doctrina, quæ fuerit diuino miraculo comprobata. Pari quippe audacia, pariq; ſucceſſu vtramq; *Contradictionis* partem & propugnauit, & propagauit plusquàm bilinguis Apoſtata. Porrò

Digitized by Google

Porrò inconſtantem, incertam, & ſibiipſi contrariã fuiſſe Lutheri doctrinam, præſertim de Sacramentorũ numero, de Tranſubſtantiatione, & Adoratione Euchariſtiæ, de infallibilitate Eccleſiæ, & SS. Patrum auctoritate, de neceſſitate bonorum operum, &c. manifeſtius eſt, quàm vt ab Aduerſarijs poſſit ſine nota impudentiæ negari. Legatur *Proteus Euangelicus*, Germanicè der Euangeliſch Wetterhan dictus, & apparebit à condito orbe nullum hominem fuiſſe, cuius dicta inter ſe & crebriùs, & fædiùs pugnauerint, quàm Lutheri. Cum igitur hęc quantumuis accelerata Lutheraniſmi propagatio, non vnico momento peracta ſit, ſed per hæc ipſa temporum ſpacia durauerit, quibus Lutherus tam pugnantia inter ſe & voce, & ſcripto tradidit, & ad vtramq; contradictionis partem tam propitias aures, quàm prona ad credendum pectora inuenit, quis, niſi fatuus dicat, vnius è duabus oppoſitis doctrinis propagationem

Digitized by Google

tionem fuiſſe miraculoſam, & non etiam alterius? ſed neq; fieri potuit, vt vtraq́; ſimul diuino miraculo confirmaretur. Quid ergo ſupereſt, niſi vt dicamus neutram fuiſſe miraculo inſignem?

In duobus breuibus exemplis res magis conſpicua fiet. I. De Tranſubſtantiatione panis in Euchariſtiâ Anno 1522. Lutherus in libro Germanico aduersùs Henricum Angliæ Regem ſic ſcribit. Mir ligt nichts daran/ halte jederman was er will. Es iſt hierinn kein fahr deß glaubens. *Nihil laboro: Sentiat quisq́; quod vult. Nullum in hac re fidei periculum eſt.* In eodem verò libro Latinè ad eundem Regem eodem menſe edito, è diametro huic contradicit. *Decerno,* inquit, *impium eſſe & blaſphemum, ſi quis dicat panem Tranſubſtantiari, &c. anathema ſit, qui aliter dixerit, & iota aut apicem vnum mutarit.* Iam vtra ex his duabus pugnātibus Lutheri aſſertionibus fuit diuino illuſtrata miraculo? Annon illa, quæ celeriorem

Tom. 6. Ger. VVitt. f. 442. a.

Lutherus eodem mēſe in eadem re ſibi contradicit.

Tom. 2. lat. VVitteb. f. 367. a.

& fæ-

Digitized by Google

& fæcundiorem fructum protulit, quæq́; maiorem aſſentientium nacta eſt numerum? Quis autem dubitet, quin per Germaniam (eo præſertim tempore, quo Latinè docti erant rariſſimi) Germanica lingua ſcriptus liber in plurium legentium manus venerit, maioremq́; hominum partem Lutheri partibus adiunxerit, quàm Latinus? aut igitur nullum miraculũ hîc accidit; aut in confirmationem impiæ & blaſphemæ doctrinæ, vti Lutherus vocabat, accidit, quod nefas eſt affirmare.

II. De Eccleſia ſic ſcribit. *Epiſcopi & Concilia ſine dubio non habuêre tantùm ſpiritus S. quantum habuit ipſa* (MARIA.) *Si ergo hæc errauit, quomodo illi non errent?* & paulò poſt. *Dicent. Eccleſia habet Spiritum S. qui non ſinit eam errare aut labi. Reſpondeo, vt ſupra dictũ, Eccleſia ſit qualiſcunq; velit, nihilominus non habuit tantum de ſancto Spiritu, quantum Maria: quam etſi Spiritus ſanctus rexerit, permiſit tamen errare ſubinde*

Lutherus in Eccleſiaſtica poſtilla 1528. VVitteb. 1. Dominica poſt Epiph. fol. 102.

*de nobis in exemplum: ſi ergo illa fuit incerta, quomodo tu me certum facies?*

E contrario alibi docet Lutherus. *Eccleſia nec debet, nec poteſt mendacia & errores docere, ne in vnico quidem articulo.* Et poſt pauca. *Meriſſimum Dei verbum & ipſam veritatem ſine errore & mendacio debet docere Eccleſia. Et qui poſſet aliud fieri? cum os Dei ſit os Eccleſiæ. item Deus non poteſt mentiri: ita nec Eccleſia.* Quæro iam iterum, vtram ex his contrariis de Eccleſiæ infallibilitate doctrinis Deus condecorauerit miraculo? Priorem? Ergo non ſolùm in poſteriore mendax fuit Lutherus, ſed & valde impius & ſceleratus; vt qui doctrinæ miraculo diuino approbatæ auſus eſt contradicere. Poſteriorem? Ergo priùs fuerat mentitus: & tamen per priorem doctrinam magis propagauerat Lutheraniſmum, quàm per poſteriorem; cum anno 1541. (quo librum de vera antiqua Eccleſia vulgauit) iam finem creſcendi fecerit Lutheri Euangeliũ, ab alijs paſſim graſſan-

Lutherus Tom, 7. Ger. VVitt. fol. 561. a. de antiqua vera Eccleſia. Von der rechten alten Kirchen. Anno 1541.

graſſantibus ſectis oppreſſum. Igitur nulla certa oſtendi poteſt Lutheri doctrina, quæ fuerit miraculosè propagata. Nam quemadmodum de Tranſubſtantiatione ac infallibilitate Eccleſiæ, ita & de plerisq; aliis fidei grauibus articulis ſibi turpiter contradixit. Quis ergo non exclamet; *Non à Domino, ſed* à Dæmone factũ eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris?

Audiuimus de inconſtantia Lutheri, in hoc negotio Ducis & Coriphæi: nunc etiam de diſcipulis illius audiamus. Quam ſtabilem? quam conſtantem illi doctrinam tradiderunt? Enimuerò vel magiſtri ſui veſtigia ſunt ſecuti: vel non. Si affirmes: Ergo quẽadmodum ille in ſupremis fidei capitibus ſemper varius, ſemper mutabilis, & tantum conſtans in leuitate ſua fuit, ita & iſti refluis Oceani fluctibus, fuêre mobiliores. Non poteſt igitur determinatè dici, quæ nam illorum doctri-

doctrina fuerit miraculo confirmata. Si verò neges: Ergo à Luthero diuortium doctrinæ fecerunt. Quare neutiquam poteſt ſimul & illorum, & Lutheri doctrinæ miraculum adſcribi; ſed neceſſariò vel *L*utheri doctrinæ tantùm, quod falſum eſſe iam monſtrauimus; vel diſcipulorum & collegarum Lutheri tantum, quod & *L*uthero ignominioſum, & repugnans eſt Lutheranis; quippe qui dicunt ipſius ſui magiſtri doctrinam miraculo claruiſſe.

Illud negari non poteſt, magnum in Germania hominum numerum à vigeſimo vſque ad trigeſimum, atq; quadrageſimum illius ſeculi annum, Lutheri ſimul & collegarum ac diſcipulorum illius opera fuiſſe à fide antiqua & Catholica abductum: ſed totũ ad vnam aliquã certã Lutheranam fidem fuiſſe adductum, minimè conſonat veritati. Etenim vix primũ inſultum in Eccleſiam fecerat Lutherus, cum mox eius ſeu diſcipuli, ſeu

Collegæ

Collegæ & in Magiſtrum crudeles, & in ſeipſos inhum ni ac barbari, mutuis cœperunt lanienis & pugnis ſe inuicem laceſſere, capita inter ſe compulſare, & in diras factiones, ac ſæua diſſidia ſcindi: vt ferè in tot ſectas abierit hoc Euangelium, quot habuit præcones.

Lutheraniſmus in cunabulis diſcors.

Exemplo ſint Andreas Carolſtadius & Philippus Melanchthon, primi *Lutheri* diſcipuli & ſocieni: quorum poſterior ferè ſemper Zvvinglianiſmum in pectore fouit, & (vt de illo Bucerus liberè ſcripſit) iam ante annum 1527. *in Cœna Dominica nudum panem eſſe docuit*, non rarò cum *Luthero* viuo de hoc articulo rixatus: Luthero autem mortuo apertè ad Zvvingliana caſtra (Hunnio teſte) defecit. Idem inconſtantiſſimè de numero Sacramentorum ſenſit, vt eius *Loci communes* teſtantur: quorũ aliquæ editiones non niſi duo; aliæ tria; aliæ quatuor Sacramenta numerant: Baptiſmum videlicet, Euchariſtiam

Apud Adamum Conzen in Iubilo Euangelico anno 1527.

Melanchthon vix vnquam fuit Lutheranus.



Digitized by Google

ſtiam, Pœnitentiam, & Ordinem. Sed neq; in alijs capitibus fidei integrè & ſyncere Lutheranum fuiſſe Philippum ex Ioachimi VVörlini Lutherani prædicantis teſtimonio ſatis colligitur, cuius, vti Schluſſelburgius lib. 2. de Theologia Caluiniſtarum refert, iſtud de Melanchthone fuit iudiciũ. *Quando venitur ad locum de cœna Domini, de libero arbitrio, de iuſtificatione hominis peccatoris coram Deo, de Interimiſticis actionibus, laudet te Philippe Diabolus, non ego.* Quoties etiam Auguſtanam Confeſſionem adulterauerit, ſiue in Sacramentariorum, ſiue in Lutheranorum gratiã, nec ignorant, nec diffiteri poſſunt aduerſarij Certè de illius mutabilitate in Colloquio Altenburgenſi ſequentia aſſerunt Theologi Saxonici. I. *Melanchthonem multoties aliquid humani paſſum.* II. Eum inconſtantiæ ſuæ ſpecimen mox anno 1522. dediſſe, *quando VVittebergæ Carolſtadius cum alijs agricolisâuit, abſente Luthero.* III. *In ipſa ſcriptione Confeſſionis Augu-*

Notetur, à quo laudandus ſit Melanchthon.

Colloq. Altenburgenſe. fol. 403. & 404.

*guſtanæ*

*guſtanæ quantopere vacillârit, ex Epiſtolis Lutheri ad eum datis conſtare.* IV. *Quomodo Primatum Papæ reſpectârit, lectionem Schmalcaldicam patefacere.* V. *Sæpè etiam aliàs extra metas currentem à Luthero retractum fuiſſe, & ad ſepelienda quædã dictata compulſum.* VI. *A Philippo Sacramentarios ſcriptis publicis confirmatos, vti teſtentur Caluinus & Epiſtola ipſius Philippi ad Palatinum.* VII. *Quæ in actionibus Interimiſticis ceſſerit, liquere ex Epiſtola illius ad Carolouicium, per Imperium ſparſa.* VIII. *Quàm ſæpè ſuos libros variarit & mutarit* (ex quibus magnam partem propagatus fuit Lutheraniſmus) *nimis verè à Pontificijs obijci Lutheranis.* Ita de Melanchthone ipſi Lutherani.

Encomia Philippi Melanchthonis, quibus ornatur à Lutheranis in Colloquio Altenburgenſi.

Carolſtadius verò anno 1524. (aureo nummo à Luthero ad id conductus) palam Lutheri hoſtem ſe oſtendit, easq; turbas dedit, vt præter Vitũ & Pomeranum omnes ferè doctiores à Luthero abalienârit: parumq; aberat, quin totam Saxoniam in Carol-

Carolſtadius minimè Lutheranus.

Ita teſtatur Melanchthon in epiſtola ad Myconiũ.

Carolſtadius Iudaizans & ſeditioſus fuit.

Luc. Oſiand. in Epitome Hiſtoriæ Eccleſ. centur. 16. parte 1. c. 32. anno 1522.

Carolſtadius in ruſticum mutatus VVittebergæ ligna in forum inuexit.

*Matth 23.*

Lutherus in Sympoſiacis tit. de artib. liberal.

rolſtadianiſmum transmutaret, niſi principum auctoritas obſtitiſſet. Idẽ Carolſtadius (teſte Melanchthone) *in tota doctrina ſua ſolebat* ἰȣδαΐζειν καὶ ϛασιάζειν. *Damnabat omnes leges ab Ethnicis conditas: & Ius ciuile Romanum è Rebuspublicis eliminandum, & ſecundum Leges Moſaicas in cauſis ciuilibus pronunciandum eſſe contendebat*, vti refert Oſiander. Quin etiam dum abeſſet Lutherus in ſua Pathmo, Carolſtadius VVittebergæ omnia ſurſum deorsùm vertit, Miſſam abrogauit, imagines & ſtatuas deiecit, templa deformauit, Vniuerſitatem & Studia Litterarum penitùs ſublata voluit, promotiones & gradus Academicos tanquam rem illicitam & deteſtandam prohibuit; propter illud Matthæi. *Vos autem nolite vocari Rabbi.* Hinc noluit amplius Doctor, ſed frater Andreas, ſeu Nachbar Andre ſalutari, ruſticus ſcil. ex Doctore factus. Qui anabaptiſticus Enthuſiaſmus Melanchthonem quoq; adeò occupauit, vt Magiſtri titulo ab-

iecto

iecto piſtor aliquandiu effectus ſit; quem VVittebergæ imitati non pauci, ſcholis & litteris nuncium remiſerunt, laboriq; manuum ſe dedere inceperunt, quòd ſcriptum ſit. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Quæ cauſa fuit, cur inſcio Electore Friderico Lutherus è ſua Pathmo VVittebergam accurrerit, ad nouum, & ſupra modum furens incendium ſopiendum; vt ipſe ſcribit in Epiſtola ad Electorem data; quamuis obſcurè, & vix ſuſpenſa manu vlcus tangens. Atq; hæc à Carolſtadio & Melanchthone primis Lutheri diſcipulis (quos ipſe filios vteri ſui, & Abſalones ſuos vocat) ſunt geſta.

Melanchthon piſtor effectus.

Geneſ. 3.

Quid iam de alijs illius noui Euangelij primipilis dicam? *Martinus Bucerus*, vt notiſſimum eſt, homo ſubdolus & verſipellis, nunquam in eodem veſtigio immotus ſtetit, ſed deſultoriâ animi leuitate modò Lutheranũ, modò Zvvinglianum ſeſe profeſſus, quamuis vtrumq; ſimularet, fallacibus

tamen lacrimis, Crocodili in morem, egregiè non ſolum alios, ſed & ipſum Lutherum decepit; & maioribus ſemper acceſſionibus Zvvinglianiſmum, quàm Lutheraniſmum auxit.

Ita teſtatur Melanchthon ad Georg. Anhaldinum Principem.

*Andreas* verò *Oſiander* fabri filius, citò repudiatâ Lutheri doctrinâ, *nouum errorum chaos* procudit, lateq; circùm Norimbergam ſparſit, non ſine ingenti machæra ſuggeſtum ſolitus conſcendere. Quid *Georgius Maior* Lutheri in cathedra VVittebergenſi ſucceſſor? nonne è diametro Luthero contradixit, nouæq; ſectæ *Maioriſtarum* parens audire voluit? Annon Illyricus *eũ inſtrumentũ Diaboli* appellauit? ſed & ipſe *Illyricus* alterius fœturæ genitor, quemadmodũ à Philippo & Ebero hæreſeos accuſatus fuit, ita viciſſim eosdem pro Ethnicis habendos eſſe clamitauit. *Brencius* deniq; Vbiquitate grauidus, quas non rixas inter Lutheranos commouit?

Eſto igitur, hi omnes magnam ſimul in varijs Germaniæ prouincijs ac

vrbibus

Digitized by Google

vrbibus hominum multitudinem ſub Lutheranæ fidei nomine à gremio Romanæ antiquæ Eccleſiæ abſtraxerint, breuiſſimoq́; tempore per Sueuiam, Alſatiam, Franconiam, Turingiam & Saxoniam ſuas alas feliciter explicauerint: quia tamen ſuos ſinguli ſecutores reipsâ non ſolùm ad diuerſam inter ſeſe, ſed etiam à Lutheri dogmate alienam ſectam attraxerunt, adeoq; non vnam aliquam, ſed plures, easq́; pugnantes inter ſe Eccleſias conſtituerunt, non poſſumus hunc qualemcunq́; fidei celeriter ab ipſis propagatæ ſucceſſum vllo probabili argumento miraculum interpretari. DEVS enim tam diſſentientes inter ſe doctrinas (quemadmodum ſunt Carolſtadianiſmus, Oſiandriſmus, Antinomianiſmus, Maioriſmus, Flaccianiſmus, Adiaphoriſmus, Vbiquitiſmus, & neſcio quę ſectarum monſtra) miraculo approbare ſimul omnes nõ ſolet. Neq; etiam ratio ſuppetit, cur vni ex his potius miraculum attribua-

Lutherana Eccleſia nõ eſt VNA, ſed MVLTIPLEX.

 mus,

mus, quàm alteri: cum conſtet ſingulas harum opinionum quantumuis abſurdas, facilem tamen & beneuolam audientiam habuiſſe, & cum plauſu multorum animos occupaſſe: vt proinde non poſſit determinatè oſtendi, quænam ex ijs præ alia diuino fuerit cohoneſtata miraculo. Quare non à Domino, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Occurritur obiectioni.

Neq; quiſquam ſibi ab Auguſtana Confeſſione, quæ Carolo Cæſari Auguſtæ oblata eſt, patrocinium quærat, ac dicat, in illa ſaltem vniformem, certam, atq; conſtantem aliquam doctrinam contineri, cuius poſt annum 1530. miraculoſa fuerit propagatio. Etenim confeſſio illa multò minùs vniformis, certa, & conſtans permanſit, quàm Luna, cum cornua induit; aut polypus, cum omnes colores, præterquam candidum, aſſumit. Quis enim neſcit, quàm multiplici vultu, quàm

quàm vario habitu inceſſerit, iſthæc inconſtantiſſimi & fraudulentiſſimi Philippuli Minerua? quam primis ſtatim annis, quibus proſperrimè pedem per Germaniam promouit, *Conſtupra-uerunt usq́ ad verticem filij Mempheos & Taphnes*, hoc eſt, perfidi prædicantes; & inter illos præcipuè infelix Iupiter illius Melanchthon. *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo illa ſeſe tanquam meretrix* proſtrauit crudelibus iſtis animarum latronibus, & parricidis, qui eam ita vitiarunt & corruperunt, vt paucos articulos inuenias, qui non ſæpiùs ſint corrupti, quẽadmodum ex Harmonia Andreæ Fabricij patet.

Hieremia c. 2, v. 16.

Et hæc tam ſibi diſſimilis & varia Confeſſio, pro germana ac genuina imperitæ multitudini aliquot annorum decadibus diuendita, diſlaudata & obtruſa fuit, donec tandem Concordiſtæ Confeſſionem ex prototypo Concordiæ inſeruerunt, fraudesq; & corruptelas ſuorum Symmiſtarum

 con-

Digitized by Google

condemnarunt. Quæ omnia ita compertæ ſunt veritatis, vt ipſorum aduerſariorum teſtimonijs poſſint luculenter demonſtrari.

Nam I. In colloquio Herzbergenſi inter Saxoniæ Electoris & Principis Anhaltini Theologos habito, fatentur Saxonici Confeſſionem Auguſtanam *minimùm duodecies mutatam* ſeu deprauatam fuiſſe; cumq; in Principum Proteſtantiũ conuentu Naumburgenſi varia proferrentur Confeſſionis exemplaria, nullum fuiſſe, cui cum alio conueniret: Philippum denique Landgrauium Haſſiæ ſingularis exempli dolo, vt cæteri Principes Confeſſioni in Caluiniſtarum gratiã adulteratæ ſubſcriberent, perfeciſſe.

fol. 91. & 92.

Ita refert Scioppius in Eccleſiaſtico fol. 335.

II. In Altenburgenſi Colloquio VVittebergenſes Theologi fol. 463. ita de Ienenſibus Theologis conqueruntur. *Non defuerunt ex iſtorum Sodalitio, qui Confeſſionem Auguſtanam per contumeliam* Cothurnum *vocarint, &c.* & paulò poſt. *Hæc commemorare nos hoc*

Ein Polniſchen Stifel / ſo an beyde füß gerecht iſt.

*loco*

*loco compulit Collocutorum temeritas, qui ſine fronte affirmare auſi ſunt, Lutherum crebram Confeſſionis emendationem vehementer improbaſſe. Sciant autem conſtare nobis, quod & hortante & approbante atq; mandante Luthero ſit à Philippo recognita, & denuò prælis typographicis ſummiſſa.* Et fol. 494. fatentur, primã Confeſſionis editionem VVittebergæ adornatam nequaquam cum Archetypo Auguſtæ exhibito congruere. Ac cum VVittebergenſes dicerent, *mutationes tantum in verbis, non in rebus interueniſſe*; Ienenſes contra fol. 521. *Hoc*, inquiunt, *aliter ſe habere multi boni & pij viri cum dolore queruntur. Nam locus de libero arbitrio in veteri exemplari planior & rectior eſt, quàm in recentiori. Deinde in loco de cæna Domini expuncta ſunt illa verba.* ( Et improbant ſecus docentes.

Notetur, etiam Lutherũ Confeſsionis ſuæ adulteratorem fuiſſe.

III. Etiam fatetur Selneccerus in ipſa prima Libri Concordiæ editione latina, non fuiſſe illi ſinceram & incorruptam Auguſtanam Confeſſionem

In admonit. addita ad Librum Concordiæ latinè editum 1584.

Lipſiæ; vti refert Iacobus Gretſerus parte 2. ſupplementi ad Tractat. de iure prohibendi libros c. 4.

ſionem adpoſitam; quantumuis Epiſtola nomine Electorum, Principum, & ciuitatum Imperialium Libro Concordiæ præpoſita expreſsè dicat, Concordiæ Libro inſertū eſſe exemplar cum Autographo collatum & comparatum: quantumuis etiam ibidem Principes proteſtentur, ſe nullam aliam agnoſcere, quàm primam illam Carolo Cæſari oblatam: Hac tamen non obſtante proteſtatione Principum, auſi ſunt prædicantes Confeſſionem Auguſtanam mutilam & turpiter violatam, Libro Concordiæ inſerere, & pro felici auſpicio mundum denuò decipere & ludificari. Si cauſam quæras; reſpondet Selneccerus, *nullum exemplar primæ editionis Latinæ in Quarto* anno 31. non mutatæ in promptu fuiſſe. Ecce! Quanta fuerit raritas exemplarium non vitiatorum, vt in media Saxonia, cum *L*atinam Concordiam primò ederent, nullum incorruptum exemplar habuerint, ſicq; vitiatum ſequi debuerint, contra prote-

proteſtationem & voluntatem Principum & ciuitatum. Annon hæc eſt immanis fallacia? Annon fraus omnibus inferorum ſupplicijs expianda?

IV. Contradus Schluſſelburgius copioſè probat Corpus doctrinæ Philippi (in quo præter alia comprehenduntur Confeſſio Auguſtana, Apologia & Loci communes) non poſſe eſſe normam doctrinæ & ſymbolum conſenſionis, his argumentis. Lib. 3. de Theologia Caluiniſtarum art. 1.

1. *Norma doctrinæ & ſymbolum conſenſionis debet inter ſe per omnia concorditer conſentire; nec verbis, nec ſenſu diſcrepare. Sed corpus doctrinæ Philippi non eſt tale, vt liquet ex collatione Confeſſ. Auguſtanæ, Apologiæ & Locorum commun. Ergo &c.*

2. *Probibitum eſt à Deo, & quidem ſeuerè falſum teſtimonium dicere: ſed qui Corpori doctrinæ Philippi ſubſcribit, is cogitur dicere falſum teſtimonium: quia initio corporis doctrinæ Philippi ſcribitur ei inſertam eſſe Confeſſionem Auguſtanam, quæ ab Electoribus & Principibus noſtræ* Corpus doctrinæ Philippi *ſtudioſè cauendũ* ait Schluſſelburgius: & tamen Lutherani Superintẽdentes &

*Religio-*

Viſitatores ad id legendum paſsim prædicantes adigunt vt ex actis Viſitationũ Lutheranarum conſtas.

*Religionis oblata ſit Carolo V. Imp. Auguſtæ 1530. Sed ex collatione exemplorum apparet minimè illam eſſe, ſed aliam multis locis mutatam Confeſſionem. Quare ne quis falſi teſtimonij ſe participem faciat, ſtudioſè cauere debet, ne corpori doctrinæ ſubſcribat.*

Confeſsio Auguſtana miſerè acciſa & circumciſa, teſte Schluſſelburgio Lutherano.

Pergit deinde Schluſſelburgius & ait. *Ipſa etiam præfatio & alij articuli acciſi & circumciſi ſunt, omiſſaq; magni momenti & ſignificantia verba; in eorumq; locum ſubſtituta leuiora & ambigua. Imò nullus infitiari poteſt decimum articulum Auguſtanæ Confeſsionis adeo mutatum eſſe, vt Laſco, Caluinus, Kleinvvizius & alij Sacramentarij ſic mutatæ Confeſsioni ſubſcripſerint, &c.*

*Itē, Definitionē Euangelij, quod ſit concio pœnitentiæ, valde vrſerunt & vſurparunt Antinomi, vt patet ex diſputationibus Lutheri contra Antinomos Tom. 1. Lat. Ien. in fine. Et hæc definitio non ſemel reperitur in Corpore Latino Doctrinæ Philippi; & intruſa itidem eſt in Auguſtanam Confeſsionem; cum tamen antiqua exemplaria*

ne

Digitized by Google

*ne verbulum quidem de ea habeant.*

*Sunt etiam ex quinto articulo Auguſtanæ Confeſsionis aliquot emphatica verba, vehementer contra Pelagianos pugnantia, poſtea omiſſa, in eorumq́; locum ambigua ſuffecta.*

*In Apologia ſublatum eſt vocabulum* (SOLVM) *eo loco, vbi directè Pelagianis & Synergiſtis aduerſatur; & alibi intruſum, vbi videlicet Synergiam confirmat, cum tamen in authenticis exemplaribus deſit.*

Nec Apologia Confeſsionis Auguſtanæ tuta fuit à falſis vnguibus.

*Et in 15. articulo authentici libri habent: ſignificationem dedimus nos Concordiæ & charitatis ergo,* QVÆDAM *Adiaphora cum alijs obſeruaturos: at in corpore doctrinæ Philippi prætermiſſa eſt vox* QVÆDAM; *proculdubio in fauorem & commodum Adiaphoriſtarum.*

*Quin &* (Georgij) *Maioris factioni hodiernum doctrinæ corpus egregiè ſeruit & fauet, verbis illis ſexto articulo in Latino exemplari ſuperadditis, vbi aſſeritur: Bona opera eſſe facienda, ſicut & Chriſtus inquit, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.*

Digitized by Google

*data.* Hæc Schluſſelburgius Superintendens Lutheranus.

Hunnij *Lu*therani teſtimonium de deprauata Confeſſione Aug. Lib. de Sacram. in epiſt. dedicat. pag. 20.

V. Accedat & Hunnius, vt teſtimonium contra ſuam Confeſſionem dicat. *Illæ mutatæ editiones* (inquit) *non ſunt Auguſtana Confeſſio Carolo exhibita, viſa & lecta; cum Carolus Imperator illas variatæ Confeſſionis formas nunquam viderit; neq; eæ in Comitijs Auguſtanis extiterint, ſed aliquot annis poſt VVittebergæ demum ſint natæ.* Idem deinde grauem querelam adnectit contra eos, qui falſariam ſuam falcem in publicum hoc fidei Inſtrumentum ſtrinxerunt, & *non vno, ſed pluribus in locis* deprauatum in lucem miſerunt, vnà cum ſubſcriptionibus Principum & ciuitatum, præſertim *Ioannis Electoris Saxoniæ* (inquit Hunnius) *qui anno 32. diem ſuum obijt, antequam Confeſſionis vlla tentata eſſet immutatio; quæ* (impoſturæ) *coram politico iudicio defendi nullo pacto poſſunt, multoq; minus coram æterno & omnipotente iudice.* Annon hîc ſine inuolucris candidè fatetur Hunnius

nius deprauatã Auguſtanam Confeſſionem fuiſſe? Certè laudandus fuiſſet ob tantam ingenuitatem, niſi huic veritati geminum mendacium adſperſiſſet. 1. *Ioannem Saxoniæ Electorem anno 32. diem ſuum obijſſe, antequam tentata eſſet vlla confeßionis immutatio.* 2. *Aliquot poſt* Comitia Auguſtana *annis* primùm *natam eſſe Confeßionem Auguſtanam deprauatam.* Non eſt ita Hunni: vtrumq; falſum eſt, & in faciem tibi contradicit Selneccerus, qui ait mox anno 1531. (hoc eſt, vno anno, & non *aliquot poſt* Comitia: item, vno anno ante, quàm Elector moretur, non poſt illius mortem) VVittebergæ editam fuiſſe mutilam & corruptam Confeſſionem: & hoc ipſum clamitat editio illo anno per Georgium Rhau VVittebergæ vulgata, cuius adhuc in manibus & oculis multorum verſantur exemplaria. Mentitus igitur eſt ipſe Hunnius, dum ſuorum Anteceſſorum fraudes & mendacia quantumuis ingenuè detexit. Mentitur Hunnius dum aliorũ mendacia redarguit.

D Vnde

Digitized by Google

Conclusio huius argumenti de Confeſsione Auguſtana.

Vnde ſolidiſſimo, & plane Adamantino nexu concluditur, non poſſe ab Aduerſarijs nobis Auguſtanam Confeſſionem obtrudi, quando ab eis certam conſtantemq; doctrinam poſcimus, quæ miraculosè per Germaniam fuerit propagata. Cum enim ex allatis teſtimonijs liquidò conſtet, Lutheranos non ſolùm ab anno 1531. vſq; ad añũ 1580. legitima, authentica, & genuina Cõfeſſione Auguſtana caruiſſe, ſed eius loco varias, corruptas, deprauatas, adulteratas, erroribus refertas, & inter ſeſe multimodis diſcrepantes Confeſſiones pro fidei norma habuiſſe; neceſſariò etiam conſequẽs eſt, doctrinã inde hauſtã, & per Germaniæ prouincias ſparſam atq; diſſeminatã, pariter fuiſſe diſcordem, multiplicem, & ijsdem variationibus ac deprauationibus obnoxiam, quibus ipſæ Confeſſiones ſubiectæ erant, quas & publicè in ſcholis ac templis Doctores, & priuatim in ædibus Lutheranus populus auidè ſequebatur, & obuijs vlnis amplectebatur. At-

Digitized by Google

Atq; hanc ipſiſſimam veritatem eſſe, certiſſimò cognoſcimus ex mutuis Lutheranorum diſſidijs, pugnis, & lanienis, quæ poſt hanc Confeſſionis deprauatæ & variatæ publicationē in omnibus angulis perſonuêre, adeò vt multis habitis conuentibus, plurimis inſtitutis colloquijs, controuerſiarum componendarū cauſa, *pax inter Theologos Auguſtanam Confeſſionē profitentes conſtitui* nunquā poſſet: quemadmodū ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Lucæ Oſiandri fol. 811. 862. 949. & 965. diſcet beneuolus Lector.

Documento ſit vel vnica inter Lutheranos controuerſia de *Vbiquitate* Humanitatis Chriſti. Quot annis de ea internecinum bellum gerunt? quam atrociter adhuc hodie de iſthâc *Omnipræſentia* digladiantur? neq; ſanè ea res eſt de nihilo; ſed de graui articulo fidei, vt fatentur Theodorus Thummius & Melchior Nicolai Tubingenſes prædicantes in libris per hoſce proximos annos Tubingæ im- Controuerſia Vbiquiſtica inter Lutheranos.

preſſis, aduersùs Menzerum, & Feüerbornium Gieſſenſes Lutheranos quoq; Doctores, & tamen finem concurrendi infeſtis inter ſe armis iſti nullum faciunt. Sed & olim in Brencium, eiusq; Vbiquiſticum errorem ſeueram ſententiam protulerunt VVittebergenſis Academiæ Theologi, quam Auguſtus Saxoniæ Elector ſuo quoq; calculo approbatam Alberto Bauariæ Duci tranſmiſit in hæc verba. *Cogimur interim fateri* (inquiunt) *in diſputatione de coniunctione duarum naturarum in Chriſto, & de præſentia humanæ naturæ Chriſti in omnibus rebus & creaturis, tùm in cælo, tùm in terra, quâ quidem prior ille articulus de aſcenſione eius in cælos, & ſeſſione ad dexteram patris nititur, & ex ea ab illis deducitur, multa nobis incognita, NOVA, & peregrina, ac PERICVLOSA dicta à D. Brencio & D. Iacobo Andreæ vſurpari, & vehementiſſimè propugnari; quæ planè in huius ditionis Eccleſias aut ſcholas introducere, aut diſpu ando examinare, MAGNOPERE*

*CAVE-*

*CAVEMVS: Cum eiusmodi locutiones ac declarationes neq; in Biblicis ſcriptis, & teſtimonijs Prophetarum & Apoſtolorum, neq; in præcipuorum & antiquiſsimorum Eccleſiæ Doctorum ſcriptis & commentationibus inuenerimus, nec in huius terræ Eccleſiis & ſcholis à noſtris Maioribus & præceptoribus, qui ante nos miniſtrarunt, & docuerunt, VNQVAM audiuerimus aut didicerimus.* Hæc VVittebergenſis Academia.

Ex quibus conſtat Vbiquiſticum Lutheraniſmum ante annum 1566. in Saxonia incognitum & inauditum fuiſſe. Vnde quæſtio oritur; vtra ex his *Lutheranis* doctrinis fuerit confirmata miraculo? Vbiquiſtica, an quæ ab Vbiquitate eſt aliena? ſi prius dicas: ſequitur per totam Saxoniam (in qua tamen celerrimas alas habuit) Lutheraniſmum nō miraculosè propagatū eſſe; quod pernegant omnes Saxonici prædicantes. Si verò poſteriùs dicas, annon Tubingenſes, Stutgardienſes, & reliqua VVirtenbergia huius miraculi expers erit? Qua-

Quæſtio proponitur Lutheranis.

Digitized by Google

Quare ſolaribus radijs euidentius eſt, certam atq; determinatam aliquã Lutheri doctrinam, quæ miraculoſa celeritate Germaniam inundârit, ab Aduerſarijs in omnem æternitatem oſtendi nequaquam poſſe. *Non igitur à Domino, ſed* à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

## TERTIVM ARGVMENTVM.

*Illius doctrinæ quantumuis felix propagatio non fuit miraculoſa, quæ licet aliqua vera contineret, veris tamen etiam nonnulla falſa, impia, blaſphema & hæretica circa præcipuum fidei articulum habuit admixta; & quidem eo ipſo tempore, quo illa doctrina beneuolentiſ-*

Lutheri doctrina multis falſis fuit permixta. Igitur eã Deus non confirmauit miraculo.

*lentiſsimè à multis eſt accepta. Sed propagatio Lutheraniſmi fuit eiuſmodi doctrinæ propagatio, quæ licet aliqua vera contineret, veris tamen etiam nonnulla falſa, impia, blaſphema, & hæretica circa præcipuum fidei articulum habuit admixta, & quidem eo ipſo tempore, &c. Ergo propagatio Lutheraniſmi non fuit miraculoſa.*

Maior ſua luce clareſcit. Non enim ſatis eſt eum, qui ſe Orbis Reformatorem & Euangeliſtam Chriſti nominat, aliqua tantùm vera docuiſſe, ad hoc, vt Deus totam illius doctrinā miraculo diuino confirmet: ſed neceſſe eſt omnia, quæ ille pro doctrina fidei tradit, dū Reformatoris fungitur officio, ita vera eſſe, vt nihil prorsùs er-

roris, nihil hæreſeos contineant; alioqui quis non Hæreſiarcharũ potuiſſet dicere, ſuam doctrinam tali miraculo confirmari? Nullus eorum fuit, qui non aliqua vera dogmata tradiderit; vt in Ario, Neſtorio, Vigilantio, imò in ipſo Mahomete manifeſtè videmus.

Sed & minoris probatio in expedito eſt; pro qua copioſa nobis ſuppetit materia.

Tomo 2. VVitteb. Lat. fol. 119. b.

Nam I. articulum de *Libero arbitrio* eſſe præcipuum in Fide Chriſtiana, ipſe Lutherus teſtatur: *In cæteris* (inquit) *articulis de Papatu, de Concilijs, Indulgentijs, alijsq́ʒ non neceſſarijs nugis ferenda eſt leuitas & ſtultitia Papæ, & ſuorum. Sed in hoc articulo* (de libero arbitrio) *qui omnium optimus, & RERVM NOSTRARVM SVMMA eſt, dolendum ac flendum eſt miſeros ſic inſanire.* Atqui de hoc ipſo articulo Lutherus inſanijt, doctrinamq́; impiam, blaſphemam, & hæreticam eo ipſo tempore, quo ſecundiſſimo curſu proueheba-

hebatur illius Euangelium, tradidit, ſcripſit,& per orbem diuulgauit. Audite Lutherani & exhorreſcite.

I. *Nulli eſt*, inquit, *in manu ſua quidpiam cogitare boni aut mali, ſed omnia (vt VVicclefi articulus Conſtantiæ damnatus rectè docet) de neceſſitate abſoluta eueniunt: quod & Poëta voluit, quando dixit, Certa ſtant omnia lege.* 2. *Non ſicut nos ſed ſicut ille* (Deus) *vult, viuimus, facimus, & patimur omnes, & omnia.* 3. *Quis audet negare, ſe etiam in malis operibus ſæpiùs COACTVM aliud facere, quàm cogitauit?* 4. *Non eſt homo in manu ſua etiam mala operans & cogitans: & verè Apoſtolus ad Epheſ. 1. dixit: Deus operatur omnia in omnibus.* Hactenus Lutherus. Quid frontem corrugatis Lutherani? Nihil affingimus veſtro Patriarchæ: quæ ſcripſit, quæ docuit, quæ in publicam lucem emiſit, vobis conſideranda proponimus.

In Aſſertiõ. articul. anno 1520. VVitteber-gæ, & anno 1521. Baſileæ impreſſorũ art, 36.

Tomo 2. Lat. VVitt. fol. 118. 119. & 491. Tom. 6. Ger. VVitt. f. 516. a.

Annon hæc eſt impia, blaſphema, & hæretica doctrina, nos COGI ad peccandum? non eſſe in hominis po-

teſtate, etiamſi vellet, abſtinere à furtis, ab homicidijs, ab adulterijs; ſed *neceſſariò neceſſitate abſoluta*, talia deſignari facinora? Cur ergo fures in patibulum, latrones in rotam aguntur, quando ita faciunt, ſicut Deus vult, & non ſicut volunt ipſi? imò quando id agunt, *quod Deus operatur in illis*; quodq; facere à Deo COGVNTVR? Et quomodo Deus non eſt auctor ſcelerum (quemadmodum Caluinus docuit, *ſi COGIT nos etiam in malis operibus aliud facere, quàm cogitauimus*? Ad Deum enim referendam eſſe iſtam COACTIONEM, ſeu NECESSITATIONEM perſe euidens eſt: cum Diabolus tantam poteſtatem non habeat, vt hominis voluntatem COGERE, vel *neceſſitare* poſſit. Ergo de Deo loquitur Lutherus, quando ait *in malis etiam nos COACTOS aliud facere, quam cogitauimus.* Annon autem hoc eſt Deum transmutare in Diabolum; eumq; omnibus Siculis tyrannis crudeliorem iniuſtioremq; aſſerere? Hoc Lutherus

Lutherus ex Deo Diabolum facit.

rus aſſeruit per eam ipſam annorum decadem, quâ ſui Euangelij pedem tam granditer per Germaniam promouit.

Neq; locum habet calua illa prædicantium excuſatio, quâ dicunt Lutherum ſolùm de *neceſſitate Infallibilitatis* ſeu *immutabilitatis*, ob infallibilem præſcientiam Dei, eſſe locutum; non autem de *neceſſitate coactionis*. Nam I. expreſsè & ſine ambiguitate dicit, *nos etiam COACTOS in malis aliud facere, quàm cogitauimus.* Ergo dicit nos etiam à *coactione* non eſſe liberos: ergo dicit etiam neceſſariò neceſſitate *coactionis* nos mala operari. Excuſatur malè Lutherus.

II. Lutherus *neceſſitatem abſolutam* aſſeruit, qualem damnauit in VVicleſo Conſtantienſe Concilium. Sed neceſſitas illa abſoluta eſt neceſſitas independens: adeoq; neceſſitas antecedens, & voluntatem tanquam cauſa ſecum trahens, atq; neceſſitans, non autem ſequens, &c. Ergo Lutherus aſſeruit eam neceſſitatem, quæ ſit *cau-* Lutherus aſſertor fatalis abſolutæ neceſſitatis.

*ſa*

*ſa peccati*, ſiue iam neceſſitatem *coa-ctionis*, vocet, ſiue non.

Melanchthon in c 8. ad Rom. anno 1521. ſic ſcripſit. *Conſtat ex c. 1 ad Rom. Deũ omnia facere, non permiſſiuè, ſed potẽter. Ergo non eſt cur frigidũ gloſſema admittamus; Deum mala permittere, nõ etiam facere.* Hæc ille. Luth. contra Eraſmũ de lib. arbitrio. Luth. in Epiſt. præf. annotat. Philippi in epiſt. ad Rom.

III. Eodem tempore Melanchthon, (Lutheri Abſalon) diſertè quoq; docuit, tùm in *Locis communibus*, tùm in *Annotationibus* in Epiſt. ad Rom. *Deum peccatum non modo permittere, ſed etiam in nobis operari: & tam propriè eſſe opus Dei adulterium Dauidis, ac proditionem Iudæ, quàm vocationem & conuerſionem S. Pauli.* Item *omnia neceſſitate abſoluta euenire.* Sed hæc vniuerſa *Lutherus* ita approbauit, vt diceret *Locos communes* Philippi eſſe *inuictum libellum; immortalitate & Canone Eccleſiaſtico dignum: illo non eſſe meliorem librum poſt Scripturam ſanctam.* Philippum verò ob *Annotationes* illas non quidem D. Paulo præferendum, ſed tamen *D. Paulo proximum eſſe*: quæ ſanè encomia Luthero in mentem non veniſſent, niſi ea, quæ Philippus de libero arbitrio in his libris ſcripſerat, rectè ſcripta iudicaſſet.

Idem

IV. Idem confirmant & aliæ Lutheri ſententiæ. *In rebus*, inquit, *quæ pertinent ad ſalutem, vel damnationem*, [homo] *non habet liberum arbitrium, ſed captiuus, ſubiectus, ſeruus eſt vel voluntatis Dei, vel voluntatis Satanæ.* & alibi. *In ijs quæ ad Deum pertinent, & ſunt ſupra nos, homo nullum habet liberum arbitrium, ſed verè eſt ſicut lutum in manu figuli poſitus in mera POTENTIA PASSIVA, & non actiua.* Item, *Deus nihil præſcit contingenter ſed omnia immutabili, æterna, infallibiliq; voluntate & præuidet, & proponit & facit. Hoc fulmine ſternitur & conteritur penitùs liberũ arbitriũ.*

Tom. 2. VVitt. Lat. fol. 469. De ſeruo arbitrio.

Tom. 6. Lat. VVitt. fol. 20. in c. 2. Geneſ.

In Libro de ſeruo arbitrio.

Nec patitur Lutherus, vt quis dicat, Deum hoc vel illud præſcire, quia futurum ſit: non autem ideò futurũ eſſe, quia Deus præſciat. Reſpondet enim mox Lutherus, *Scimus non ideò Ecclipſin venire, quia præſcitur, ſed ideò præſciri quia ventura eſt. Quid nobis tum iſta præſcientia?* Ergo aliter ſe habet præſcientia Dei ad noſtram voluntatem, benè vel malè operantem, ſecundùm

Lutherus obiectioni reſpondet.

mus, negauerit *omne liberum arbitrium*, dixeritq; cum Melanchthone Deum peccata non ſolùm *permittere*, ſed etiam *facere*; quod perinde eſt, ac ſi dicat; Deum non eſſe Deum, adeoq; neget notiſsimum fidei articulum; profectò *Lutherus* ſuomet iudicio *pro hæretico habendus fuit, fugiendusq;*, *cum omni ſua doctrina*, eo ipſo tempore, quo feliciſsime *Lutheraniſmum* propagauit. Quare omninò procul abfuiſſe ab iſta Reformatione diuinum miraculum putandum eſt. *Neq; à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Plura Lutheri dogmata à Christiana fide aliena.

Ne tamen dicant *Lutherani*, nimium nos premere *Lutherum*, & ob vnicum tantum errorem in illum ſeueriorem, quàm par eſt, ſententiam pronunciare; Ecce tibi! plura *Lutheri* dogmata, partim Ethnicæ, partim Turcicæ, partim Iudaicæ, quàm Chriſtianæ fidei propinquiora.

I. Ait

I. Ait hoc eſſe portentum do-ctrinæ, in *Sterquilinio Romanorum decretorum* natum, ſi dicas, *eſſentiam Dei nec generare, nec generari*. Et alibi. *Magiſter ſententiarum non ſatis rectè docuit, Eſſentiam in diuinis nec generare, nec generari, &c.* Quid ais *L*uthere? Ergo eſſentia in diuinis generat & generatur? Qua ratione igitur in Deo non duæ ſunt Deitates? Cum enim etiam à *L*utheranis concedatur, & per ſe euidens ſit, nihil generare ſeu producere ſeipſum; Nonne ſi eſſentia in diuinis generat, neceſſe eſt illam realiter diſtingui ab ea eſſentia, quæ generatur? ergo duæ ſunt eſſentiæ. quo modo igitur eſt vnus tantummodo Deus? Eſtne hoc Chriſtianè de Deo ſentire?

Tomo 2. Lat. VVitt. fol. 190. b.

Ex Lutheri dicto ſequitur Deum non eſſe vnum.

II In eundum cenſum adſcribit Lutherus etiã hanc Catholicorum aſſertionem, quâ dicimus; *Animam hominis eſſe immortalem.* O beſtia! ſi anima tua Luthere mortalis eſt, nonne te mortuo, & ipſa in nihilum abijt?

Ibid. Lutherus irridet eos, qui dicunt hominis eſſe immortalem animam.



Digitized by Google

mus, negauerit *omne liberum arbitrium*, dixeritq; cum Melanchthone Deum peccata non ſolùm *permittere*, ſed etiam *facere*; quod perinde eſt, ac ſi dicat; Deum non eſſe Deum, adeoq; neget notiſsimum fidei articulum; profectò *Lutherus* ſuomet iudicio *pro hæretico habendus fuit, fugiendusq; cum omni ſua doctrina*, eo ipſo tempore, quo feliciſsime *Lutheraniſmum* propagauit. Quare omninò procul abfuiſſe ab iſta Reformatione diuinum miraculum putandum eſt. *Neq; à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Plura Lutheri dogmata à Christiana fide aliena.

Ne tamen dicant *Lutherani*, nimium nos premere *Lutherum*, & ob vnicum tantum errorem in illum ſeueriorem, quàm par eſt, ſententiam pronunciare; Ecce tibi! plura *Lutheri* dogmata, partim Ethnicæ, partim Turcicæ, partim Iudaicæ, quàm Chriſtianæ fidei propinquiora.

I. Ait

Digitized by Google

I. Ait hoc eſſe portentum doctrinæ, in *Sterquilinio Romanorum decretorum* natum, ſi dicas, *eſſentiam Dei nec generare, nec generari.* Et alibi. *Magiſter ſententiarum non ſatis rectè docuit, Eſſentiam in diuinis nec generare, nec generari, &c.* Quid ais *Luthere?* Ergo eſſentia in diuinis generat & generatur? Qua ratione igitur in Deo non duæ ſunt Deitates? Cum enim etiam à *Lutheranis* concedatur, & per ſe euidens ſit, nihil generare ſeu producere ſeipſum; Nonne ſi eſſentia in diuinis generat, neceſſe eſt illam realiter diſtingui ab ea eſſentia, quæ generatur? ergo duæ ſunt eſſentiæ. quo modo igitur eſt vnus tantummodo Deus? Eſtne hoc Chriſtianè de Deo ſentire?

Tomo 2. Lat. VVitt. fol. 190. b.

Ex Lutheri dicto ſequitur Deum non eſſe vnum.

II In eundum cenſum adſcribit Lutherus etiã hanc Catholicorum aſſertionem, quâ dicimus; *Animam hominis eſſe immortalem.* O beſtia! ſi anima tua Luthere mortalis eſt, nonne te mortuo, & ipſa in nihilum abijt?

Ibid. Lutherus irridet eos, qui dicunt hominis eſſe immortalem animam.

E Quid

mus, negauerit *omne liberum arbitrium*, dixeritq́; cum Melanchthone Deum peccata non ſolùm *permittere*, ſed etiam *facere*; quod perinde eſt, ac ſi dicat; Deum non eſſe Deum, adeoq́; neget notiſsimum fidei articulum; profectò *Lutherus* ſuomet iudicio *pro hæretico habendus fuit, fugiendusq́, cum omni ſua doctrina*, eo ipſo tempore, quo feliciſsime *Lutheraniſmum* propagauit. Quare omninò procul abfuiſſe ab iſta Reformatione diuinum miraculum putandum eſt. *Neq́ à Domino*. ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Plura Lutheri dogmata à Chriſtiana fide alìena.

Ne tamen dicant *Lutherani*, nimium nos premere *Lutherum*, & ob vnicum tantum errorem in illum ſeueriorem, quàm par eſt, ſententiam pronunciare; Ecce tibi! plura *Lutheri* dogmata, partim Ethnicæ, partim Turcicæ, partim Iudaicæ, quàm Chriſtianæ fidei propinquiora.

I. Ait

I. Ait hoc eſſe portentum doctrinæ, in *Sterquilinio Romanorum decretorum* natum, ſi dicas, *eſſentiam Dei nec generare, nec generari*. Et alibi. *Magiſter ſententiarum non ſatis rectè docuit, Eſſentiam in diuinis nec generare, nec generari, &c.* Quid ais Luthere? Ergo eſſentia in diuinis generat & generatur? Qua ratione igitur in Deo non duæ ſunt Deitates? Cum enim etiam à Lutheranis concedatur, & per ſe euidens ſit, nihil generare ſeu producere ſeipſum; Nonne ſi eſſentia in diuinis generat, neceſſe eſt illam realiter diſtingui ab ea eſſentia, quæ generatur? ergo duæ ſunt eſſentiæ. quo modo igitur eſt vnus tantummodo Deus? Eſtne hoc Chriſtianè de Deo ſentire?

Tomo 2. Lat. VVitt. fol. 190. b.

Ex Lutheri dicto ſequitur Deum non eſſe vnum.

II In eundum cenſum adſcribit Lutherus etiã hanc Catholicorum aſſertionem, quâ dicimus; *Animam hominis eſſe immortalem*. O beſtia! ſi anima tua Luthere mortalis eſt, nonne te mortuo, & ipſa in nihilum abijt?

Ibid. Lutherus irridet eos, qui dicunt hominis eſſe immortalem animam.



Digitized by Google

mus, negauerit *omne liberum arbitrium*, dixeritq; cum Melanchthone Deum peccata non ſolùm *permittere*, ſed etiam *facere*; quod perinde eſt, ac ſi dicat; Deum non eſſe Deum, adeoq; neget notiſsimum fidei articulum; profectò *L*utherus ſuomet iudicio *pro hæretico habendus fuit, fugiendusq; cum omni ſua doctrina*, eo ipſo tempore, quo feliciſsime *L*utheraniſmum propagauit. Quare omninò procul abfuiſſe ab iſta Reformatione diuinum miraculum putandum eſt. *Neq; à Domino*. ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Plura Lutheri dogmata à Chriſtiana fide aliena.

Ne tamen dicant *L*utherani, nimium nos premere *L*utherum, & ob vnicum tantum errorem in illum ſeueriorem, quàm par eſt, ſententiam pronunciare; Ecce tibi! plura *L*utheri dogmata, partim Ethnicæ, partim Turcicæ, partim Iudaicæ, quàm Chriſtianæ fidei propinquiora.

I. Ait

I. Ait hoc eſſe portentum doctrinæ, in *Sterquilinio Romanorum decretorum* natum, ſi dicas, *eſſentiam Dei nec generare, nec generari*. Et alibi. *Magiſter ſententiarum non ſatis rectè docuit, Eſſentiam in diuinis nec generare, nec generari, &c.* Quid ais Luthere? Ergo eſſentia in diuinis generat & generatur? Qua ratione igitur in Deo non duæ ſunt Deitates? Cum enim etiam à Lutheranis concedatur, & per ſe euidens ſit, nihil generare ſeu producere ſeipſum; Nonne ſi eſſentia in diuinis generat, neceſſe eſt illam realiter diſtingui ab ea eſſentia, quæ generatur? ergo duæ ſunt eſſentiæ. quo modo igitur eſt vnus tantummodo Deus? Eſtne hoc Chriſtianè de Deo ſentire?

Tomo 2. Lat. VVitt. fol. 190. b.

Ex Lutheri dicto ſequitur Deum non eſſe vnum.

II In eundum cenſum adſcribit Lutherus etiã hanc Catholicorum aſſertionem, quâ dicimus; *Animam hominis eſſe immortalem*. O beſtia! ſi anima tua Luthere mortalis eſt, nonne te mortuo, & ipſa in nihilum abijt?

Ibid. Lutherus irridet eos, qui dicunt hominis eſſe immortalem animam.



Digitized by Google

*ſa peccati*, ſiue iam neceſſitatem *coactionis*, vocet, ſiue non.

Melanchthon in c 8. ad Rom. anno 1521. ſic ſcripſit.

III. Eodem tempore Melanchthon, (Lutheri Abſalon) diſertè quoq; docuit, tùm in *Locis communibus*, tùm in *Annotationibus* in Epiſt. ad Rom. *Deum peccatum non modo permittere, ſed etiam in nobis operari: & tam propriè eſſe opus Dei adulterium Dauidis, ac proditionem Iudæ, quàm vocationem & conuerſionem S. Pauli*. Item *omnia neceßitate abſoluta euenire*. Sed hæc vniuerſa *Lutherus* ita approbauit, vt diceret *Locos communes* Philippi eſſe *inuictum libellum; immortalitate & Canone Eccleſiaſtico dignum: illo non eſſe meliorem librum poſt Scripturam ſanctam*. Philippum verò ob *Annotationes* illas non quidem D. Paulo præferendum, ſed tamen *D. Paulo proximum eſſe*: quæ ſanè encomia Luthero in mentem non veniſſent, niſi ea, quæ Philippus de libero arbitrio in his libris ſcripſerat, rectè ſcripta iudicaſſet.

*Conſtat ex c. 1 ad Rom. Deũ omnia facere, non permißiuè, ſed potẽter. Ergo non eſt cur frigidũ gloſſema admittamus; Deum mala permittere, nõ etiam facere.* Hæc ille.

Luth. contra Eraſmũ de lib. arbitrio.

Luth. in Epiſt. præf. annotat. Philippi in epiſt. ad Rom.

Idem

IV. Idem confirmant & aliæ Lutheri ſententiæ. *In rebus*, inquit, *quæ pertinent ad ſalutem, vel damnationem,* [homo] *non habet liberum arbitrium, ſed captiuum, ſubiectus, ſeruus eſt vel voluntatis Dei, vel voluntatis Satanæ.* & alibi. *In iis quæ ad Deum pertinent, & ſunt ſupra nos, homo nullum habet liberum arbitrium, ſed verè eſt ſicut lutum in manu figuli poſitus in mera POTENTIA PASSIVA, & non actiua.* Item, *Deus nihil præſcit contingenter ſed omnia immutabili, æterna, infallibiliq; voluntate & præuidet, & proponit & facit. Hoc fulmine ſternitur & conteritur penitùs liberũ arbitriũ.*

Tom. 2. VVitt. Lat. fol.469. De ſeruo arbitrio.

Tom. 6. Lat. VVitt. fol.20. in c. 2. Geneſ.

In Libro de ſeruo arbitrio.

Nec patitur Lutherus, vt quis dicat, Deum hoc vel illud præſcire, quia futurum ſit: non autem ideò futurũ eſſe, quia Deus præſciat. Reſpondet enim mox Lutherus, *Scimus non ideò Ecclipſin venire, quia præſcitur, ſed ideò præſciri quia ventura eſt. Quid nobis tum iſta præſcientia?* Ergo aliter ſe habet præſcientia Dei ad noſtram voluntatem, benè vel malè operantem, ſecundùm

Lutherus obiectioni reſpondet.

Digitized by Google

dùm Lutherum, quam ad futuram Ecclipſin; ita vt non ideò Deus præſciat voluntatem noſtram hoc aut illud operaturam, quia operatura eſt; ſed ideò operatura ſit, quia Deus præſcit operaturam: vnde conſequens eſt, *præſcientiam Dei* eſſe *cauſam* operationis noſtræ, à qua neceſſitatur voluntas noſtra, ſeu benè, ſeu malè agamus. Annon hoc eſt Deum (qui cum ſua præſcientia idem eſt) Auctorem peccati ſtatuere?

**Lutherani Lutheri textum corruperunt, egregio ſcilicet candore.**

V. Ita Lutherum ſenſiſſe antequam conficeretur Auguſtana Confeſſio, & illud nobis argumento eſt, quòd Lutheri poſteros, qui ſui parentis operam tomis euulgarunt, ita puduerit huius impietatis, vt etiam non dubitarint *aſſertioni articulorum Lutheri* falſarias manus inferre, & illum horribilem articulum, (*omnia neceſſitate abſoluta eueniũt, ſicut VVicclefi articulus Conſtantiæ damnatus rectè docet*) expungere; & loco illius alia verba inſerere; ne ſcilicet vel nobis Catholicis, vel

ipſis

ipſis Lutheranis tam pudenda huius noui Euangeliſtæ doctrina innoteſceret. Sed imposturam patefaciunt exemplaria anno 1520. & 1521. impreſſa; quorum nonnulla adhuc apud Catholicos aſſeruantur.

Ex his clariſſimè patet, *L*utherum eo ipſo tempore, quo Lutheraniſmus perniciſſimo pegaſo Germaniam peruolitauit, & (vt ipſe Lutherus ſupra gloriatus eſt) tantam hominum multitudinem *à Papatu abſtraxit*, impiam, blaſphemam, hæreticam, & præcipuo Fidei articulo repugnantem doctrinam tradidiſſe; vt planè impudens cenſendus ſit, qui Deum in *L*uthericæ doctrinæ confirmationem diuinũ edidiſſe miraculum aſſeueret.

Quo tempore maximè Lutheraniſmus propagatus fuit, negauit Lutherus liberum arbitrium.

Ipſe ſanè *L*utherus apertè fatetur *eum pro hæretico palàm habendum, fugiendumq́; cum omni doctrina ſua, qui negare auſit publicum fidei articulum: & proptereà à Zvvinglio nullum caput Chriſtianæ Religionis rectè doceri ait.* Cum ergo quoq; *L*utherus, vti iam vidimus,

Tom. 2. Ger. VVitt. f. 190. b. De cœna Chriſti cõtra Zvvinglium.

mus, negauerit *omne liberum arbitrium*, dixeritq́; cum Melanchthone Deum peccata non ſolùm *permittere*, ſed etiam *facere*; quod perinde eſt, ac ſi dicat; Deum non eſſe Deum, adeoq́; neget notiſsimum fidei articulum; profectò Lutherus ſuomet iudicio *pro hæretico habendus fuit, fugiendusq́; cum omni ſua doctrina*, eo ipſo tempore, quo feliciſsime Lutheraniſmum propagauit. Quare omninò procul abfuiſſe ab iſta Reformatione diuinum miraculum putandum eſt. *Neq; à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Plura Lutheri dogmata à Chriſtiana fide aliena.

Ne tamen dicant Lutherani, nimium nos premere Lutherum, & ob vnicum tantum errorem in illum ſeueriorem, quàm par eſt, ſententiam pronunciare; Ecce tibi! plura Lutheri dogmata, partim Ethnicæ, partim Turcicæ, partim Iudaicæ, quàm Chriſtianæ fidei propinquiora.

I. Ait

I. Ait hoc eſſe portentum doctrinæ, in *Sterquilinio Romanorum decretorum* natum, ſi dicas, *eſſentiam Dei nec generare, nec generari*. Et alibi. *Magiſter ſententiarum non ſatis rectè docuit, Eſſentiam in diuinis nec generare, nec generari, &c.* Quid ais Luthere? Ergo eſſentia in diuinis generat & generatur? Qua ratione igitur in Deo non duæ ſunt Deitates? Cum enim etiam à Lutheranis concedatur, & per ſe euidens ſit, nihil generare ſeu producere ſeipſum; Nonne ſi eſſentia in diuinis generat, neceſſe eſt illam realiter diſtingui ab ea eſſentia, quæ generatur? ergo duæ ſunt eſſentiæ. quo modo igitur eſt vnus tantummodo Deus? Eſtne hoc Chriſtianè de Deo ſentire?

Tomo 2. Lat. VVitt. fol. 190. b.

Ex Lutheri dicto ſequitur Deum non eſſe vnum.

II In eundum cenſum adſcribit Lutherus etiã hanc Catholicorum aſſertionem, quâ dicimus; *Animam hominis eſſe immortalem*. O beſtia! ſi anima tua Luthere mortalis eſt, nonne te mortuo, & ipſa in nihilum abijt?

Ibid. Lutherus irridet eos, qui dicunt hominis eſſe immortalem animam.

In Epiſt. 1. ad Corint. c. 15.

Quid ergo differs ab Arcadico pecore? Quid à porco? certè iam non miror, cur alibi dixeris: *diſcipuli noſtri ſicut credunt, ita viuunt: ſunt & manent ſues; credunt ſicut ſues; & ſicut ſues moriuntur*. Nimirum à Magiſtro ſuo didicerunt, animam hominum perinde, vt porcorum, vnà cum corpore interire.

Tom. 6. Lat. VVitt. in cap. 27. Geneſis fol. 403. a. §. 3. Fides diuina apud Lutherum eſt opinio ſeu incerta & fluctuans cognitio.

III. Ita Lutherus diuinam fidem definit. *Fides, & eius virtus eſt cordis cogitatio, ſeu, vt ita dicam, opinio, qua fertur in id, quod nihil, quod impoſsibile, & abſurdum eſt.* Generis loco ponitur *Opinio*; quæ eſt habitus incertus, & cum formidine oppoſiti coniunctus. Credidit ergo Lutherus ita Trinitatem, Incarnationem, & vitam æternam, vt non ſine tacito animi remorſu timuerit, ne fortè verum non ſit, quod credidit. Videtis Lutherani, quali fide præditus fuerit Euangeliſta veſter? Deinde ſi Fides fertur in id, quod eſt *nihil, impoſsibile, abſurdum*, nonne hinc ſequitur Deum trinum

& vnum,

Digitized by Google

& vnum, Incarnationem filij Dei, & cæteros fidei noſtræ articulos nihil eſſe? impoſſibile eſſe? abſurdum eſſe? Quis ergo *L*utheranorum Deum amabit? quis Chriſto pro nobis in Cruce paſſo gratias aget, ſi hæc omnia ſunt *nihil, abſurdum & impoſſibile?* Annon hîc dexteram cum Turcis atq; Iudæis iunxit Lutherus, quibus itidẽ talia nihil aliud apparent, quàm *Nihil*? quàm *impoſſibile?* quàm *abſurdum?*

Lutherus Turcis in credendo aſſinis.

Neq; dicas Lutheri mentem ſolùm fuiſſe, talia Intellectui ſeu *Rationi* noſtræ apparere *nihil, impoſſibile, & abſurdum*. Verba enim Lutheri clara ſunt; & contra illum eadem regulâ vti poſſumus, quam ipſe præſcripſit contra Eraſmum; dum ait: *verba ſuſpecta hoſtium contra ipſos interpretanda eſſe*. Falſum præterea eſt, talia omnia *Rationi* noſtræ *Nihil, impoſſibile, & abſurdum* apparere. Si enim hoc ita eſſet, omninò *Ratio* tale obiectum reſpueret & repudiaret: & meritò; nam quis *nihilum*, quis *impoſſibile*, quis *abſurdum* credat,

Lutherus contra Eraſmum in epiſtola ad Amsdorff. Tom. 2. Lat. VVitt. 1546. fol. 528. b.

dat,& inſectetur, niſi fatuus? Et paulò poſt addis: *Ita cum dicit Eraſmus; Petrus Chriſtum appellat virum, Deum tacet: damnandus eſt Arianæ ſententiæ & hæreſeos*. Ergo & tu Luthere, cùm ais, *diuinitatem Chriſti poſſe pati*, damnandus es Eutychianæ ſeu Seuerianæ ſententiæ & hæreſeos: quia poteras hoc inſidioſum verbum in re ſumma omittere,& religioſiùs loqui.

Lutherus à ſeipſo vapulat. In cap. 3. Epiſt. ad Galat.

Sed rursùm mihi occinis, ſanctos Patres etiam ita locutos. *Reſpondeo*, quid tibi Luthere iam cum Patribus, quos aliàs tam indignè, tam impudenter contemnis? Deinde nonne tu alio in loco dicis: *Idem cùm duo faciunt, in altero laudatur, in altero vituperatur*? cur hoc? quia alter vt hæreticus, mente vulpina, & ad nocendum paratâ, alter vt Catholicus, mente ſincera,& potiùs caſu, quàm ex propoſito id facit, neminem cupiens inducere in errorem: prioris generis fuit Lutherus, poſterioris S S. Patres.

Quare omninò de Luthero, *ita ſimplici-*

*pliciter iudicandum eſt, ſicut loquitur.* *Si loquitur Arianicè, iudicetur Arianus: ſi Eutychianiſticè, iudicetur Eutychianus;* Si deniq; porci inſtar aut aſini loquitur ſordidè & aſininè, vt facit creberrimè, etiam porcus & aſinus iudicetur Lutherus. Nec immeritò, quia qualem ſententiam in Eraſmum tulit, talem quoq; in ipſum pronunciamus.

Ita Lutherus in Eraſmum, nos in Lutherū.

IV. Etiam hùc ſpectant, quæ alibi partim de Christo, partim de Deo, impiè ſcripſit. Videlicet Chriſtum in paſſione *in periculum maledicendi Deo veniſſe; atq; inter laudes & blaſphemiam fluctuaſſe.* Item, Chriſtum in horto *eiusmodi timorem habuiſſe, vt diſputauerit anxiè ſecum, adeoq; dubitauerit, an illi Deus ſit propitius.* Deniq; ait, *iniuriā bonis viris* ( Antropomorphitis ſcilicet, qui Deo, quà Deus eſt, corporea mēbra attribuebant, adeoq; Deum corporeum aſſerebant ) *factam eſſe, quòd damnati ſint erroris.* O Chriſte, tu talem prophetam ad mundi Reformationem miſeris?

Tom. 3. Lat. VVitt. in Pſal. 21. vel 22.

Tom. 1. Ger. VVitt. fol. 480. a. ſuper 1. epiſtol. Ioannis.

In cap 1. Geneſis.



Digitized by Google

Tomo 5. Ger. VVitt. fol. 95. a. §. 6.

Lutherus viam ſternit ad Turciſmum.

V. Ait Lutherus. *Quia Abraham habuit duas vxores, & alij ſancti viri longè plures. Certum eſt autem omnia illa externa opera, quæ in V. T. antiqui Patres geſſerunt, libera eſſe debere, non interdicta.* Verbi gratia: *Circumciſio ſublata eſt, ſed non ita, vt peccatum ſit, ſi Circumciſio ſuſcipiatur, ſed erit opus liberum, nec malè, nec bene factum. Idemq́ dicendum de eſu agni paſchalis, & id genus alijs; hac tamē cautione, ne fiant iuſtificationis titulo aut opinione.* Quid? Ergò Chriſtianis plures vxores ducere liberum eſt? Eſt omninò ſecundum quintum Euangeliſtam Lutherum. Hinc eodem loco mox diſertis verbis ſubiungit. *Prohibitum non eſt, vt vnus vir non plures habeat vxores, quàm vnam. Neq́ hodie id vetare poſſem; ſed ſuadere non vellem.* Perinde, ac ſi quis ignem ſtramineo tecto, aut pulueri ſulphureo inijciat, & dicat; *Nollem accendi.* Annon ſuadet, qui hominibus aliàs ad omnem licentiam ſatis effuſis ait hoc liberum eſſe, & citra noxam fieri poſſe? Certè hanc

Digitized by Google

hanc Lutheri doctrinam ita probauit *Philippus Landgrauius Haſsiæ*, vt ſibi quoq; *Patriarchiſſare*; binasq; ſimul vxores, alteram Principem natam, Equeſtris loci alteram habere permitteret, quamquam eo pacto, vt prior tantùm hæredes & ſucceſſores in Principatu gigneret, eſſetq; veluti Sara Abrahæ: poſterior verò velut Agar Iſmaëles duntaxat produceret à paterna hæreditate excludendos. Quam rem cum ei Catholicus Princeps *Henricus Dux Brunſuicenſis* probri cauſâ obieciſſet, puduit quidem Lutherum ſe auctore id factum confiteri, tametſi nihil dubitare ſe oſtendit, quin Landgrauio ſui facti rationes conſtent. *Landgrauius enim* (inquit Lutherus) *ſatis ipſe ſuam rem ſapere nouit, & ſecum habet homines eruditiſsimos, qui etiam ſine me factum ſui Principis tueri poterunt, &c.* Tomo 7. Germ. Ien. aduerſus Hans VVorſt fol. 438. a. §. 3.

Eandem ſuam de Polygamia ſententiam etiam patefecit Lutherus in diſputatione de Bigamia Epiſcoporũ:

Tom. 1. Ger. VVitt. propoſ. 62. & ſeq.

vbi iſthæc ſcribere non erubuit. *Nota ſunt iura Moſaica de fratris defuncti vxore; & de filia corrupta, inuito Patre, quæ cogunt plurium eſſe vxorum virum: quæ non magis ſunt abrogata, quàm reliqua omnia, id eſt, libera, nec prohibita, nec præcepta.* Poteſt ergo ſecundùm Lutheri opinationem frater vxoratus ducere vxorem ſui fratris, ſine liberis defuncti, vt fratri ſuo ſemen ſuſcitet. Poteſt quoq; ille maritus, qui filiam alicuius oppreſſit, oppreſſam ducere, & ad primam vxorem alteram adiungere. Quis Iudæus vel Turca in his Luthero non manibus & pedibus ſubſcribat?

VI. Sed neq; iſta à Turciſmo aut Iudaiſmo ſunt admodum aliena. I. Ex Litanijs publicis exturbauit *Lutherus* vſitatiſſimam illam precationem. *Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis*. 2. Hanc vocem Latinam *Trinitas*, & Germanicam Dreyfaltigkeit/ ſæpiùs momordit & arroſit, & vtramq; ſublatam voluit. 3. Vocē ὁμοούσιος id

( id eſt, conſubſtantialis ) vehementer odit. 4. Nomen Hebraicum אל EL. ( quod *Deum* ſignificat, & Chriſto Iſaiæ 9. tribuitur ) in aliud transformauit; & nequiter Eccleſiæ telum aduerſus Arianos & Iudæos pro Chriſti diuinitate eripere conatus eſt. 5. Ex biblijs ſuis 1. Ioannis 5. luculenlentiſſimum illud contra hæreticos teſtimonium de ſanctiſſima Trinitate ( *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo. Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres vnum ſunt* ) penitùs extruſit & oblitterâuit. 6. In epiſtola ad ſuum in Apoſtaſia ſodalem *Langum* talia ſcribere non erubuit. *Mea ſententia eſt, liberum eſſe iudicialia, ſicut & ceremonialia Moſi ſeruare, ſicut & Philippus in ſuis Locis ſentit.* Poterit igitur, cui lubet, Moſaicam politiam inſtituere; poterit circumcidi: poterit Iudaica feſta celebrare, & ſabbatum loco Dominicæ, vel vnà cum Dominica die celebrare.

Lutherus Turcico Imperatori meritò fuit charus.

Tom. 2. Lat. Epiſt. fol. 74. b.

VII. Quàm orthodoxè ſenſerit

In libro de captiuit. Bab.

de Sacramentis *Lutherus*, iſta docebunt. 1. *Non dubitem*, inquit, *ſi quis in nomine Domini baptiſmum ſuſcipiat, etſi impius miniſter non det in nomine Domini, verè baptizatum eſſe in nomine Domini.* Quid ſi ergo miniſter tingeret aliquem in nomine Diaboli; ille verò in nomine Domini baptiſmum ſuſciperet, valeretné baptiſmus? Ita profectò; ſi vera ſunt quæ Lutherus cecinit. Satis enim eſt eum, qui baptizatur, Baptiſmum in nomine Domini ſuſcipere; eſto non in nomine Domini à Miniſtro conferatur. *Hinc ceſſat otioſa contentio, qua de forma baptiſmi litigant*; inquit *Lutherus*. O deteſtabilem Germaniæ Reformatorem! 2. *Si diabolus in Eccleſia in ſpecie hominis adminiſtraſſet Sacramenta Baptiſmi, Euchariſtiæ, & abſoluiſſet à peccatis, eſſet verus Baptiſmus, verum Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, vera abſolutio, dummodo iuxta Inſtitutionem Chriſti tali munere fungeretur. Ita cogeremur fateri*, inquit Lutherus.

In Lutheriſtica Eccleſia poteſt eſſe baptiſmus in Diaboli nomine collatus.

Tom. 2. Lat. VVitt. In libro de priuata miſſa & vnctione ſacerdotum.

therus. O nigerrimum Sacramentorum *Lutheranorum* miniſtrum! 3. *Sacerdos in nouo teſtamento*, inquit *Lutherus*, *non fit*, *ſed naſcitur*; *non ordinatur*, *ſed creatur*. *Naſcitur verò non carnis*, *ſed ſpiritus natiuitate*, *nempe ex aqua*, *&* *ſpiritu S. in lauacro regenerationis*; *ſuntq́ prorsùs omnes Chriſtiani ſacerdotes.* & infra. *Tertium officium ſacerdotale eſt conſecrare ſeu miniſtrare ſacrum panem & vinum*, *&c. dicimus & hoc officium eſſe omnibus commune*, *perinde ac ſacerdotium* Ergo & mulieres poſſunt cœnam *Lutheriſticam* conſecrare, & triticeum bolum diſtribuere. O ſacerrimam cœnam!

In libello de inſtituendis miniſtris ad Senatum Pragenſem.

IIX. Etiam pulcherrima hæc documenta de bonis operibus Lutherus poſteritati reliquit. *Summa ars & ſapientia Chriſtiana eſt*, (inquit) *neſcire legem*, *ignorare opera*, *& totam iuſtitiam actiuam.* Item. *Caueamus à peccatis*, *maximè ab operibus bonis*, *ſolamq́ promiſſionem Dei attendamus*, *& fidem. Ipſa enim breuis eſt perfectio*; *nec aliqua lex requiritur*,

Luth. in argumento epiſt. ad Gal. edit. In ſerm. de nouo Teſtam. In Lib. de captiuit. Babylon. tit. de Baptiſmo.

*tur, nec opus; imò & legem proſcindit & opus.* Rurſus. *Baptizatus etiam volens non poteſt perdere ſalutem quantiſcunq; peccatis, niſi nolit credere: nulla enim peccata eum poſſunt damnare, niſi incredulitas ſola.* Iterum. *Non operibus, ſed nuda fide indigemus, &c. Fides niſi ſit ſine vllis etiam minimis bonis operibus, non iuſtificat, imò non eſt fides. Opus bonũ optimè factum, ſecundùm miſericordiam Dei, eſt veniale peccatum, mortale ſecundùm iudiciũ Dei. Iuſtus in omni opere bono peccat. Non credere in filiũ vnigenitũ, id vnicum & ſolum peccatũ eſt in mundo, propter quod mundus iudicatur. ESTO PECCATOR, & PECCA FORTITER, ſed fortiùs fide & gaude in Chriſto. Sufficit quod agnouimus Agnum, qui tollit peccata mundi. Ab hoc non auellet nos peccatum, etiamſi MILLIES MILLIES vno die FORNICEMVR & OCCIDAMVS.* Deniq; ait Lutherus. *Nos ita dicimus, quod veri & germani ſancti debeant eſſe fortibus & atrocibus peccatis obnoxij, ac tales etiam manere, quos non pudeat*

In ſerm. de piſcat. Petri. Tom. I. Lat. Ienæ fol. 488.

In aſſert. art. 32.

In reſolut. contra Eccium.

In poſtilla domeſtica editionis Torgenſis. Tom. 1.

Epiſtol. ad Philippum. Ienæ editore Aurifabro.

Comment. in c. 17 Ioan. tom. 4. Ger. VVitt.

*deat orare, Dimitte nobis debita noſtra &c.*

Hæc, & longè plura his non abſimilia, docuit, tradidit, ſcripſit, & vbi occaſio fuit, Stentorea voce declamauit *Lutherus*, per illud ipſum temporis interuallum, quo Euangelium SVVM tam feliciter, tam celeriter, tam latè Germanico populo inſtillauit, & adhuc eſſe aliquis poteſt tam ſtolidè inſanus, qui credat à Deo in huius tam deteſtandæ, abominandæ & execrandæ doctrinæ approbationem diuinum perpetratum eſſe miraculum? O Germania, Germania! cur pateris te tam turpiter decipi? *Non à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

## QVARTVM ARGVMENTVM.

*Si hoc cenſendum eſt miraculum, in confirmationem Lutheriſticæ doctrinæ à Deo editum,*

*tum, quòd illa doctrina inter plurima obſtacula, tam magnū hominum numerum à Papatu abſtraxerit, & tam velociter diffuſa per Germaniam fuerit; tum fas quoq; erit dicere, præcipuas hæreſes, quæ olim fuerunt, & ex parte etiam nunc ſunt, fuiſſe ſimili illuſtratas à Deo miraculo; nec minùs, quàm Lutheraniſmum, pro veris Religionibus habendas. Sed conſequens eſt abſurdum, & Lutheranis repugnat; Ergo & antecedens.*

Probatur ſequela Maioris. Nam ex indubitatis hiſtorijs conſtat, eas plerumq; hæreſes, quæ rem Chriſtianam maximis cladibus affecerunt, feliciſſimum nihilominùs habuiſſe progreſſum,

ſum, innumeraſq́; ſæpè prouincias, & ampliſſima regna incredibili velocitate peragraſſe; tantumq́; exigua morâ temporis occupaſſe mortalium numerum, vt cum illo comparati *Lutherani* vix manipulus cenſendi ſint. Ergo eodem iure poterant de miraculo in ſuæ doctrinæ gratiam edito gloriari, quo *Lutherani* gloriantur.

Neq; operoſum eſt antecedens exẽplis demonſtrare. Annon immanis Manichæorũ hæreſis fuit, quam circa annum Chriſti ducenteſimum ſexageſimum, illud omnium ſuppliciorũ reum caput *Manes* ex Auerni faucibus excitauit? Et tamen quàm citò, quàm latè, pernicioſiſſima illa peſtis diffuſa eſt? quæ adeò tenaces ſtruxit laqueos, vt quos ſemel illis implicuiſſet, ſeſe eximere facilè haudquaquam poſſent: In quem finem ſuos in diuerſas orbis partes miſit Doctores, qui ad alliciendos homines maxima pollicerentur. Quænam illa? S. Auguſtinum, qui hanc ipſam hæreſin

Manichæiſmi procliuis propagatio.

Lib. de vtilitate credendi. c. 1. ad Honoratum,& lib. 3. Confeſſ. c. 6. & lib. 5. c. 6.

hæreſin non primoribus tantum labris deguſtauit, audiamus. *Quid me aliud cogebat,* inquit, *annos ferè nouem ſpreta religione, quæ mihi puerulo à parentibus inſita erat, homines illos ſequi, ac diligenter audire, niſi quod nos ſuperſtitione teneri, & fidem nobis ante rationem imperari dicerent; ſe autem nullum premere ad fidem, niſi priùs diſcuſſâ & enodatâ veritate? Quis non his pollicitationibus illiceretur, præſertim adoleſcentis animus cupidus veri?*

Tractatu 1. in Ioannem c. 1. 1

His verborum illecebris, & curioſis interrogationibus propè neſcientes, eosq; innumeros irretiebant; quemadmodum itidẽ S. Auguſtinus iucundo exemplo, quod in Africa accidit, demonſtrat. *Neſcio quis* [inquit] *tædium patiebatur à muſcis. Inuenit illum Manichæus tædio affectum: & cum diceret, ſe non poſſe pati muſcas, & odiſſe vehementer illas; ſtatim ille. Quis fecit has? Et quia tædio affectus erat, & oderat illas, non auſus eſt dicere, Deus fecit illas. Erat enim Catholicus. Ille ſtatim ſubiecit. Si Deus*

Digitized by Google

*Deus illas non fecit, quis eas fecit? plane, ait ille, ego credo, quod Diabolus fecit muſcas. & ille ſtatim. Si muſcam diabolus fecit, ſicut te video confiteri; quia prudenter intelligis; apem quis fecit, quæ paulò amplior eſt muſca? non auſus eſt ille dicere, quia Deus fecit apem, & muſcam non fecit: quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locuſtam; à locuſta ad lacertam: à lacerta ad auem; ab aue ad pecus; inde ad bouem; inde ad elephantem; poſtremò ad hominem, & perſuaſit homini, quia non à Deo factus eſt homo. Ita ille miſer, cum tædium paſſus eſſet à muſcis, muſca factus eſt, quam diabolus poſſideret.* Hæc S. Auguſtinus. Atq; his & ſimilibus machinamentis & artibus, ſuauiloquentia præſertim, & ſimulata humilitate effectum eſt, vt eo veneno Manichæi non maximo tempore *totum propemodum Orbem infecerint*: vti teſtatur Cæſar Baronius Tomo 2. Annalium, Anno Chriſti ſupra ducenteſimum ſeptuageſimo ſeptimo. Eant nunc Aduerſarij, & dicant Lutheraniſmum per cele-

**Quomodo Manichæus per muſcam animas captauerit.**



Digitized by Google

rem ſui propagationem fuiſſe diuino miraculo comprobatum.

Arianiſmi velox & ampla propagatio.

Quid iam de Arianiſmo dicemus? Totus pænè mũdus ſe huic errori oppoſuit, & tamen totus pænè mundus Arianus factus eſt, antequam ſe eſſe animaduerteret. Quantus ſanctiſſimorum doctiſſimorumq; Athletarum exercitus in acie ſtetit contra teterrimam hanc beluam, fortiſſimeq; in Nicæno campo pugnauit, & tamen adhuc cornua erexit, dentes exeruit, & non modò Orientem, ſed & Occidentis partem mira felicitate velocitateq; miſerandum in modum deuaſtauit; ita, vt nec ipſe terror Orbis, & verè Magnus Imperator Conſtantinus, vnum hunc Arium potuerit coercere. Num idcirco Arianiſmum claruiſſe miraculo diuino vociferabimur? Abſit. *Non à Domino, ſed* à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Ad Mahometis quoq; doctrinam venia-

veniamus. Is cum & à Dæmone exagitaretur, & comitiali morbo laboraret, vxorem ſuam ita demulſit, vt diceret, ſe ad conſpectum archangeli Gabrielis ita concidere. In cuius rei opinione confirmata vxor fuit à pſeudomonacho quodam Ariano. Id vbi non multò pòſt apud alios quoque innotuiſſet, credi cœptum eſt eum prophetam eſſe. Accurrerunt igitur ad illum Iudæi, quibus circumciſionem permittebat: accurrerunt & Chriſtiani, quibus Chriſtum eſſe filium Dei concedebat, ſed creatum, & ex Maria ſine ſemine generatum. Accurrerunt & Manichæi, in quorum gratiam aſſeruit, nequaquam Chriſtum cruci fuiſſe affixum, ſed vmbram Chriſti. Accurrerunt ex ſingulis Religionibus & ſectis permulti: quia de ſingulis aliquod dogma aſſumpſit, vt omnium ſibi beneuolentiam conciliaret. Fortiſſimus autem bolus, quem vniuerſis obiecit, voluptas carnis fuit & vxorum multitudo. Hac fraude effecit,

Videatur Baronius tomo 8. annal. Anno Chriſti 630.

Mahometiſmi facilis propagatio.

fecit, vt breuiſſimo tempore longè plurimi eum per Arabiam ſequerentur. Quibus viribus cum ſe auctum vidiſſet, tùm demum etiam armis propagare perſi[illegible]nem ſuam eſt aggreſſus; eoq; (proh dolor!) peruenêre eius poſteri, vt Mahometanos iam in Germania noſtra, & in viſceribus Romani Imperij videamus. An nobis hîc de tam celeri Mahometiſmi propagatione exclamare licebit, *Miraculum, miraculum?* Neq; ipſi Lutherani hoc concedent: & tamen Lutheraniſmi propagatio huic non multum abſimilis fuit, vt infra oſtendemus. *Igitur non à Domino*, ſed à Dæmone factũ eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Pari modo de Caluiniſmo poſſumus ratiocinari, quem omnes ſciunt oppidò fauentibus Zephyris, volucriq; curſu non modò per Galliam & Angliam, verùm etiam per Hollandiam, & non minimam ſuperioris Germa-

Germaniæ partem, primò ſtatim ſui exortu, feliciter ſeſe agitaſſe, ſuaq́; illic tentoria fixiſſe; quantumuis acriter & Catholici, & ipſi Lutherani huic Sectæ obſiſterent, vt planè Lutheraniſmo celeritatis & amplitudinis palmā præripuiſſe Caluiniſmus videatur.

Equidem ſi miraculum eſt, (vti cum Luthero Lutherani iactant) plurimos à Papæ diſciplina abducere: plurimos abduxit Caluinus. Si miraculum eſt è Monaſterijs ad inceſtas nuptias euocare Monachos, & Deo ſacratas Virgines: plurimos plurimasq́; euocauit Caluinus. Si miraculum eſt ſpoliare & euertere Catholicorum templa, deijcere imagines, concremare Sanctorum reliquias; ſpoliauit & euertit templa plurima Caluinus: deturbauit ingentem imaginum numerum Caluinus: concremauit, & in aquas præcipitauit celeberrimorum Sanctorum veneranda oſſa & cineres Caluinus. Summa: quid fecit Lutherus, quod non eadem celeritate

fecerit in hoc genere Caluinus? Cur ergo miraculũ fuerit, quod *L*utherus fecit, & non ſit miraculum, quod fecit Caluinus? ſi autẽ miraculũ quoq; fuit, quod Caluinus fecit, cur Lutherani hæreſeos damnant, quod docuit Caluinus? nũ poteſt ea doctrina hæretica eſſe, cui Deus per cæleſte prodigiũ teſtimoniũ perhibuit veritatis? Videant igitur Lutherani, quàm miſero, quàm morbido, quàm vermiculoſo glorientur miraculo, quo nulla pænè hæreſis, nullus error non poteſt gloriari; quod adeò nihil admirabilitatis habet, vt audacter libeat dicere; miraculum potiùs illud exiſtimandum eſſe, quòd Lutherus Euangelium ſuum non ad multò ampliores terminos dilatauerit. Nullius enim rei eſt copioſior prouentus, & celerior plantatio, quam vitiorum & falſitatum.

Inter falſitates autem de principatu certare Hæreſin, nemo eſt, qui negatum ire meritò poſſit. Non eſt igitur magis mirum, ſi tempore modico magna incrementa capiat Hæreſis,

quàm ſi videas per æſtatem infelicis lolij, quàm ſanæ frugis ſegetem eſſe vberiorem. Hæreſis peſtifer morbus eſt, & admodum venenoſus, qui in proximum quemq; tranſilit, &, ò quàm paucis menſibus multos dat neci? Apud Iulium Capitolinum legimus rem horroris plenam, quæ accidit ſub M. Antonino in Seleucia. Cum enim in templo Apollinis aurea quædam arca à militibus Vidij Caſſij, auidioribus in prædam fuiſſet aperta, fætidus egreſſus halitus non modò Babyloniam totam, ſed & Parthos, ac Orbem vniuerſum peſtilentiâ ita affecit, vt exiguo temporis ſpacio tertiam humani generis partem abſumpſerit. Iſtud corporum peſtis potuit; quid non poſſit animorũ, cui tot, tamq; multiplices tranſitionis & contagij viæ patent? vnde meritò Timotheum ſuum tam ſedulò D. Paulus cauere iuſſit *ſermonem eorum*, qui docent contraria Veritati: quippe qui *veluti Cancer ſerpit*, quem vix caue-

Refert Ludouicus Septalius in problemata Ariſtotelis ſect. 1. probl. 7.

2. Timoth. 2.

cauemus, etiam cum maximè caue-
mus. Atq; hoc ipſum eſt, quod Serua-
tor noſter nobis pro indicio errorum
& ſeductionis reliquit, quando dixit.
Matth, 24. *Multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos: & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.* Quare nullum fuit diuinum miraculum iſta tam velox Lutheraniſmi propagatio: *neque à Domino,* ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

## QVINTVM ARGVMENTVM.

*Si hæc tam expedita & velox Lutheraniſmi propagatio eſt habenda pro diuino miraculo, quo Deus Lutheri doctrinæ robur & firmitatem addere voluerit: tunc etiam Catholica Romana fides gaudet tali*

miracu-

*miraculo: nec minùs, quàm Lutheri doctrina, diuinitùs eſt approbata. Sed conſequens repugnat Aduerſarijs. Ergo & Antecedens.*

Probatur Maioris ſequela. Toto Orbe aduersùs omnem impudentiã teſtatiſſimum eſt, æquali temporis ſpatio à S. Franciſco Xauerio, alijſq; Catholicis ſacerdotibus, per Iaponiam, perq; vtramq; Indiam, tam Orientalem, quàm Occidentalem, per Africam, per Americam, longè plures & ampliores prouincias, maioremq; hominum numerum ab idolorum cultu & ſuperſtitione ad Pontificiam Romanam Eccleſiam fuiſſe traductum, quàm ad Lutheraniſmum ſint à Papatu abducti; idq; ſine vi, ſine armis, & quidem inter grauiſſima, quæ à Barbaris obijciebantur obſtacula. Ergo ſi Lutheriſtica doctrina ob eam cauſam miraculo gloriatur, multò magis

illo honoris titulo Catholica doctrina poterit gloriari. Antecedentis veritas tot habet publica teſtimonia, quot extant grauiſſimorum, & fide digniſſimorum virorum de rebus Indicis & Iaponicis ſcripti, atq; in apertam lucem editi commentarij. Vnicus S. Franciſcus Xauerius non niſi decennij ſpacio Catholicæ Eccleſiæ plurima centena millia hominum aggregauit. Trauancoridis regnum pænè totum conuertit. In Inſulis Mauri, Maluci, & Amboini, re Chriſtianâ præclarè geſta innumeros Chriſto lucrifecit, nonnunquam vno menſe vltra decem millia ſacro Baptiſmate luſtrauit: & extant litteræ illius inde ſcriptæ, quibus ſignificauit, ſperare ſe eo anno plus quàm centum millia Chriſtianorum eſſe facturum. Idem quoq; Iaponiæ ampliſſimum regnum Euangelicæ lucis ſplendore illuſtrauit, Regemq; Bungi potentiſſimum, cum magna ſubditorũ parte Chriſto, & eius in terris Vicario Romano Pontificij ſubiecit. Quid

Maffeius rerum in Oriente geſtarum cõmentario fol. 6. & 7. Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ lib. 4. ſigno 6. c. 2. & 3. & alii.

Quid iam de alijs Catholicis ſacerdotibus dicam? quorum alij in Mexico, alij in Philippinis Inſulis, alij in Peru, alij in Braſilia, alij in regnis Abyſſinorum, Manopatamæ, Melindæ, Quiloiæ, Cefalæ, Mozambiquæ, alij in alijs vaſtiſſimis regionibus breuiſſimo tempore Chriſti notitiam mirificè amplificarunt, & innumerabiles hominum myriades Eccleſiæ Romanæ Catholicæ aſſociarunt. Dicite iam Lutherani, ſuntne iſthæc facta per diuinum miraculum? ſi annuitis; Ergo Pontificia Eccleſia eſt vera Eccleſia; cum illius doctrinam Deus comprobauerit miraculo. Si autem miraculum eſſe negatis, nonne vobismetipſis horrendum colaphum infringitis, & Lutheraniſmum veſtrum laude miraculi ſpoliatis? Cur enim vobis potiùs, quàm nobis miraculum attribuendum ſit, quando magis apud nos, quàm apud vos reperitur, quod ſpeciē miraculi gerit? Quid igitur ſupereſt, niſi vt de veſtro miraculo ipſi

canatis.

canatis *Nō à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

## SEXTVM ARGVMENTVM.

*Illud non eſt habendum pro diuino miraculo, quod per ſeipſum, absque Dei ſingulari ope facillimum fuit. Sed dilatatio tam ampla, tamq́ velox Lutheraniſmi per ſeipſam, absque Dei ſingulari ope, fuit facillima. Ergo non eſt habenda pro miraculo diuino.*

Maior eſt notiſſima. Minorem probo. Dilatatio nouæ doctrinæ, quâ laxatis cupiditatum carnalium frenis, homines ab arctiore & moleſtiore, ad liberiorem & ſuauiorem vitam ducuntur, per ſeipſam, absq; ſingulari



Digitized by Google

ri Dei ope, facillima eſt; præſertim apud eos, qui ſua ſponte ſunt ad nouitates recipiendas propenſi & inclinati. Sed Lutheraniſmi dilatatio tam ampla, tamq́; velox, fuit dilatatio nouæ doctrinæ, qua laxatis cupiditatum carnalium frenis, homines ab arctiore & moleſtiore ad liberiorem & ſuauiorem vitam ducebantur; & quidem apud eos, qui ſuâ ſponte ſunt ad nouitates recipiendas propenſi & inclinati. Ergo fuit per ſeipſam abſq; ſingulari Dei ope facillima.

Maior iterum eſt euidens. Quid enim optatius pleriſq;. quàm NOVITAS? Athenienſes NOVA NOVA identidē in foro ſciſcitabantur. Iudæi, & vel maximè Reges eorum NOVOS ſuſpiciebant ſuſcipiebantq́; auidiſſimè prophetas, veteribus veriſq; neglectis; vt in Ahab apparet. Xerxes Perſarum Rex adeò *Nouitates* adamabat, vt etiam præmium proponeret illi, qui *nouas* voluptates inueniſſet. In ſumma, NOVITAS maximam ſemper

NOVITAS mater hæreſum.

*Cicero in Tuſc. qq. lib. 5.*

per vim habuit homines à virtutis, & veritatis tramite abducendi. Vnde
1. Timot. 6. etiam D. Paulus Timotheum vitare iubet profanas vocum NOVITATES. Quare facillimi negotij res eſt doctrinam aliquam NOVAM diffundere; quod exemplo Arianiſmi poſſumus comprobare, & quidem *L*utheri ipſi-
Tomo 10. VVitt. Ger. fol. 440. b. us verbis. *Arius* (inquit) *cum ſpargeret venenum ſuum in mundum, magno applauſu acceptus eſt; quia afferebat aliquid NOVI, hactenus non auditum in mundo. Talia ferè initia omnium Hæreſion fuerunt. Obuijs vlnis accepit eas mundus, & ſic admiratus eſt, ac ſi priores Doctores non fuiſſent puri.* Hæc *L*utherus de Nouitate doctrinæ, quæ ſi per ſe tam potens eſt, quomodo non potentior erit, ſi etiam illecebroſa ſit, & ad licentiam ac voluptates viam ſternat?

Iam etiam minorem probamus, quæ ex tribus partibus conſtat: I. *L*utheranam doctrinam fuiſſe *nouam*. II. Eos quibus illa propoſita eſt, fuiſſe ſuapte ſponte propenſos ad NOVITA-

TES.

TES. III. Doctrinam Lutheri quoq; fuiſſe talem, quæ homines ab arctiore ad voluptariam vitam traduceret.

Ad primum quod attinet, iam ſupra luculenter oſtendimus ipſum *Lutherum* faſſum eſſe, ſuam doctrinam fuiſſe *initio NOVAM, & ſupra modum ſcandaloſam per vniuerſum Orbem.* Cui confeſſioni adhuc iſtud teſtimonium adiungimus. *Neſcio,* inquit Lutherus, *an Germania vnquam Verbũ Dei audierit. Papæ quidem Verbum audiuimus.* Quid clarius? Si enim Germania nunquam antehac Verbum Dei audiuit, nonne NOVVM Verbum Dei audiuit, quando à Luthero audiuit? Argumentũ primo. Inter 27. conciones Argentinæ editas, anno 1523 fol. 51.

Porrò quam verũ ſit etiam ſecundum, ex Luthero diſcamus. *Nos Germani, (* inquit *) eo ſumus ingenio, vt quidquid NOVVM eſt, arripiamus, eiq; velut fatui adhæreſcamus; quoq; magis id nobis quiſpiam adimere conetur, tantò id furioſiùs retineamus. Sin autem nemo nos impeditum eat, mox noſtra ſponte tædio eius capimur, & aliquid aliud NOVI expectamus.*

*ctamus. Itaq; rem factam iam habet Diabolus, vt nulla doctrina tam abſurda ſomniari poſſit, quin diſcipulos inueniat, & eò quidem citiùs, quo ſtultior fuerit.*

Tertiò deniq; Lutheri doctrinam talem fuiſſe, vt per eam homines ad noxiam carnis libertatem, effuſamq; licentiam ab arctiore viuendi ratione traducerentur, partim ex ijs, quæ dicta ſunt Argumento tertio, partim ex ſequentibus eſt intelligere.

Nam I. Catholici docebant Leges Dei ſeruandas eſſe; iuxta illud Christi, *ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* & illud Pauli. *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores Legis iuſtificabuntur.* E contrario Lutherus docuit; *non poſſe ſeruari Dei mandata. Solam fidem iuſtificare; maximè cauendum eſſe à bonis operibus, & ab omni iuſtitia actiua; Liberas iam omnes leges factas eſſe; Opera legis eſſe poſt Christum, ſicut ſunt diuitiæ, honor & aliæ res temporales, &c. quibus ſi careas, non ideò peior es coràm Deo.*

Matthæi 19.

Ad Rom. 2. v. 13.

Loco ſupra cit.

In cap. 2. ad Gal.

II. Ca-

II. Catholici Voluntariā paupertatem, caſtitatem & obedientiam Dei amore ſuſceptam commendabant. E contrario Lutherus hæc omnia ad Stygias paludes ablegauit.

III. Catholici ad diſtinctam omnium peccatorum Confeſſionem coràm ſacerdote faciendam adſtringebant homines. E contrario Lutherus eos ab hac Confeſſione liberos ſolutosq́; pronunciauit.

IV. Catholici docebant, *Regnum cælorum vim pati, & violentos rapere illud.* Lutherus ex aduerſo docuit, nulla vi opus eſſe, nullâ violentiâ. Tantùm crederent in Chriſtū, & de ſalute iam certos, de Regno cælorum eſſe ſecuros. Matth. 11. v. 12.

V. Catholici docebant, *viam, quæ ducit ad vitam, eſſe viam arctam pænitentiæ; eſſe portam valde anguſtam; & paucos inuenire eam.* Lutherus contrà docuit, hanc viam eſſe ſpacioſiſſimam & planiſſimam, merisq́; roſis & lilijs conſtratam, & peripateſmatis aureis Matth. 7.

G conde-

condecoratam: portam verò hanc nemini clauſum iri, niſi qui nolit credere: pœnitentiæ opera non eſſe adiumenta, ſed impedimenta potiùs hanc viam ingreſſis: perniciofum eſſe onerare ſe bonis operibus, ſicut ſe onerant fratres S. Iacobi conchylijs.

VI. Catholici docebant ſaluberrimam cogitationem eſſe, quam homines de *Nouiſsimis* ſuſcipiunt; cum ſcriptura dicat, *Memorare nouiſsima & in æternum non peccabis.* Quò ſpectant & illæ Chriſti tam ſeriæ adhortationes, quas ſubinde de extremo iudicio inſtituit, ad excitandas pigrorum & deſidum voluntates, vt dum tempus adeſt, in viam redeant, & ita vitæ ſuæ rationes componant, vt in rigido illo examine ad dexteram ſtatui poſſint: quemadmodum Bulgarorum quendam regem, cui Bogori nomen, ſalubriter legimus feciſſe. Cum enim is adhuc Gentilium ſuperſtitionibus deditus (vti teſtatur Ioannes Curopalata) Methodio cuidam pingen-

Eccleſiaſtici 7.

Matth. 24. & 25.

Digitized by Google

pingendi gnaro aliquando mandaſſet, vt quæcunq; vellet, depingeret, modò quæ pingeret, terribilia eſſent, & ſpectatoribus terrorem incuterent ac metum: ille autem nihil terribilius noſceret ſecundo Chriſti Aduentu ad iudicium; hunc ſuis coloribus graphicè deſcripſit; cumq; iam finita eſſet pictura, conſpicatus Princeps ex altera parte Iuſtorum cætum coronari, ex altera impios ad nigra Regna, dehiſcente terrâ, detrudi; percepta à pictore imaginis mente, ſtatim proprios eierauit errores, imbutusq; ab Epiſcopo diuinis myſterijs, intempeſta nocte, ſacrum Baptiſmum ſuſcepit. Bulgarorũ Rex conuerſus ex pictura Iudicii extremi, ad fidẽ Chriſtianam.

Quid ad iſta *Lutherus*? procul ait ab animo eijciendam eſſe tam luctuoſam cogitationem; imò etiam ab oculis remouendam illam Chriſti ſupra Iridem ſedentis, mundumq; iudicantis effigiem, tanquam nimiùm truculentam. *Si tibi* (inquit) *in mentem veniat, Chriſtum eſſe iudicem, qui Legem doceat, & tibi ſuccenſeat, ac te in examen* Lutherus hoſtis picturæ de iudicio extremo. Super cap. 5 ad Galat.

*ad reddendam rationem de tranſacta vita præterita vocaturus ſit, pro certiſſimo habeto, non eſſe Chriſtum, ſed ipſiſſimum furibundum diabolum*; qui ſcilicet talium cogitationum ſit auctor. Quid ergo faciendum ei, quem conſcientia de maximis ſceleribus accuſat? *Habet agnum*, inquit Lutherus, *qui ſolus ſufficit*: nihil aliud agendum, quàm vt hunc Saluatorem ac Redemptorem eſſe credat: procul eſto mentio de pœnitentia, eiusq́; operibus; cuiusmodi ſunt oratio, ieiunium, flagella, cilicium, & ſimilia; procul hinc bonorum iniuſtè partorum reſtitutio; Papiſtis talia relinquantur: quia nihil aliud ſunt, quàm *Lex*, & Moyſes. Annon ſuauis, annon iucunda eſt hæc doctrina? Profectò nil eſt aliud, quàm ſaccharum candidum, & mellea liba, qualia pædagogi dant pueris, elementa velint vt diſcere prima. His Lutherus ſuorum auditorum aures & pectora amæniſſimè demulſit; his ingentem hominum multitudi-

titudinem ad ſe citra omnem difficultatem pellexit. Si enim ſua quemq́; trahit voluptas, quem non traxerit illecebroſum & voluptuarium hoc Euangelium, quod pænè dormientibus cælum pollicetur?

Nullum ergo hic miraculum fuit; cum nihil facilius ſit, quàm vt homines per ſe ad malum admodum propenſi, excuſſo ſeuerioris diſciplinæ iugo, ad libertatem atq́; licentiam ſeſe effundant, ſi vel minimâ rimula aperiatur, vel modica anſa porrigatur. Omnes enim amaris dulcia, triſtibus læta, & mollia duris anteponunt. Hanc effuſæ licentiæ anſam in manus dedit Germanicæ plebi *Lutherus*; hanc non rimam tantùm, ſed latiſſimam portam pernicioſæ libertatis aperuit iſte fidei Deformator. Ille triſtes pœnitentiæ lachrimas cum ſuaui riſu; ille pallida ieiunia cum iucundiſſimis ſympoſijs; ille faſtidioſas preces cum teſſerarum luſu; ille hirſutam veſtem cum molli holoſerico;



Digitized by Google

ille horrida vota cum omni genere voluptatis permutauit. Quis ergo credat arduum opus fuiſſe, tali modo deformare Germaniam?

Nam quemadmodum philoſophus quidam interrogatus, cur plures fierent Epicuræi, quàm Stoici? rectè reſpondit; *quia plures malunt vngi, quàm fricari*: Ita etiam in hac Religionis cauſa, ſemper eſt facilè reperire plurimos homines, qui *ducere in bonis dies ſuos* malint, quàm *viuere in amaritudine animæ ſuæ.* Vitiorum doctrina, quia per abrupta præceps voluitur, multò maiore vi occurrentia ſecum rapit, quàm Virtus, quæ non ſine magno labore ſcandentis in ardua tendit.

Aelianus lib. 13. de varia hiſt.

Socrati olim Caſtilla impudica fæmina exprobrauit. *Tu neminem ex meis amatoribus vnquam poteris alienum reddere. At ego quoties lubet tuos auditores omnes à te ad me traho.* Cui ille ſapienter. *Mirum*, inquit, *hoc non eſt. Tu enim ad decliuem voluptatis tramitem*

Socratis prudens reſponſum.



Digitized by Google

*omnes trahis & rapis: ego ad arduum virtutis callem cogo & impello.* Annon ſimile quidpiam liceat nobis dicere de doctrina Lutheri, & Eccleſiæ Catholicæ? Huius aſpera nonnihil, & carni inimica ſunt dogmata: illius verò blandiſſima fuêre theoremata, vt mirum non fuerit, ſi obuijs vlnis plurimi ea amplecterentur, & pleno ore exoſcularentur.

Dicenti quondam, vehementerq; admiranti cuidam, *calceum ſuum eſſe noctu à muribus arroſum*; reſpondit Socrates; *ſpecies quidē aliqua eſſet prodigij, ſi ex aduerſo calceus mures arroſiſſet; verùm cum hi ſoli damnum illi attulerint, nullus iuſtæ admirationi eſt locus.* Ita prorsùs de hoc miraculo fas eſt nobis ratiocinari. Tunc ingens prodigium fuiſſet, ſi Lutherus obſtructas omnium aures, & occluſa pectora inueniſſet, nec tam beneuolè à multis dulciaria & mellita illius doctrina admiſſa fuiſſet: at nunc, quando fucata genas, & amicta doloſis illecebris in plurimorū

**Lutheranū miraculum memorandum.**



Digitized by Google

animos ſeſe protinùs inſinuauit, quid hîc, per Deum immortalem, poteſt eſſe miraculi? Nam, vt ait rectè poeta; *Prona venit cupidis in ſua vota fides*: hoc eſt, quod quiſq; cupit, & verum eſſe deſiderat, ei non magno labore, vt id verum eſſe credat, perſuaderi poteſt. Itaq; exigui laboris res fuit Lutheranis perſuadere, non eſſe ieiunandum; non eſſe faciendam apud ſacerdotem peccatorum omnium exomologeſin; non eſſe bonis operibus inſudandum; non eſſe caſtitatem, paupertatem & obedientiam voto promiſſam ſeruandã; quia multis carni & ſanguini deuotis, nihil magis in votis fuit, quàm vt ab his liberam ducere vitam poſſent; quemadmodũ ſine circuitione fatetur *Martinus Bucerus* pleriſq; non aliam quàm hãc, Lutheraniſmi amplectendi cauſam fuiſſe. *Maxima*, inquit, *noſtrorũ pars viſa eſt id tantùm ex Euangelio petijſſe, vt iugũ qualiſcunq; diſciplinæ, pœnitentiæ & religionis vniuerſæ, quæ in Papatu reliqua fuit, abijcerent. Tum non ingratum*

Lib. 1. de regno Chriſti c. 4.

*fuit*

*fuit ijs audire, iuſtificari nos fide, non bonis operibus, quorum nullo ſtudio tenebantur.*

Accedunt ad hæc omnia Eccleſiaſticæ opes, opima Monaſteria, lati Clericorum fundi, potentiſſima auaritiæ irritamenta; quæ à Luthero palàm in prædam data, Lutheraniſmũ incredibili velocitate, velut in quadriga prouexerunt, perq́; aliquot Germaniæ prouincias triumphantis in morem circumduxerunt. Non enim dubitandum eſt, etiam Lutheri tempore fuiſſe magnam illorum hominum copiam, quibus præ pecuniæ charitate Religio vilis fuit, quiq́; bonorum Eccleſiaſticorum ſplendorem & opulentiam non poterant irretorto oculo intueri. Cum ergo Lutherus per ſuam doctrinã (qua docuit vota monaſtica eſſe inuentum diaboli, Miſſam eſſe horrendam idololatriam, ſacerdotũ beneficia eſſe Antichriſti adminicula) hanc deſideratiſſimam & exoptatiſſimam anſam hominibus, aut r cupidis, in manus dederit, & quaſi claſ-

NOTA: Prædia Eccleſiaſtica à Luthero in prædam data Lutheraniſmum citò prouexerunt.

ſicum cecinerit ad diripienda opulenta monaſteria, ad deprædanda Collegiata templa, ad conuaſanda in profanos vſus bona Eccleſiaſtica; an quiſquam adhuc credere poteſt, fuiſſe rem tam arduam, vt miraculi loco habenda ſit, Lutherum tam breui tempore, tam ampliter propagaſſe ſuum Euangelium? Minimè ſanè. Nullis de cælo machinis ad hanc rem perficiundam fuit opus. Nimis validè per ſeipſum trahit hic bolus. Quàm auidè vulpes pyrum comeſt, tam prona eſt auaritia ad iſtiusmodi prædam capiendam.

Vt autem hoc clariùs intelligatis, conſiderate, quæſo, apud vos dictum illud, quod Lutheri filio aliquando fertur excidiſſe. Is cum in familia alicuius Principis, qui à Catholica fide defecerat, verſaretur, & tanquam non degener parentis filius ad cantharos ſæpiùs, quàm ad libros vigilaret, reprehenſus ob eam bibacitatem à Principe, id grauiter tulit, ſuisq; compotoribus

Notabile Dictum filii Lutheri.

Digitized by Google

ribus ſæpè queſtus eſt; Suum parentem (Martinum Lutherum) illi Principi tot ſpolia Clericorum, tot aureos argenteosq́; calices, tam ampla terrarum latifundia per ſuam doctrinam cõparaſſe, & ſibi non permitti, vt nonnunquam bono hauſtu ſuum animũ exhilaret. Videris, (ô inclyti Germani) vnde prouenerit, inter alia, facilitas, quàm Lutherus expertus eſt in dilatando ſuo Euangelio? *Non à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Neq; volo, vt Lutheri tantum filio credatis: Lutherum quoq́; ipſum teſtem produco. *Noſtri Principes*, inquit, *emendationem Eccleſiarum inſtituunt, ſed eo prætextu ſpoliant, rapiunt, expilant Eccleſias, adipemq́; Monaſteriorum & Collegiorum rapiunt ipſi.* Et rursùm. *Noſtri Principes*, inquit, *diripiunt & compilant omnia, quæ inueniunt in Monaſterijs & parochijs: pauciſſimi conferunt aliquid*

Tom. 6. Lat. VVitt. fol. 617. c. 45. comment. in Geneſin, quem librũ Philippus cygnæam Lutheri cantionem vocat.

Ibidem cap. 47. fol. 631. b.

*quid* (ex raptis bonis, nedum de ſuo) *ad conſeruationem Miniſterij, aut ſaltem ad vnum ſcholaſticum ſuſtentandum.* Iterùm. *Principes accipiunt tributa à ſubditis; ſed de ſcholaſticis ac Miniſtris Verbi, quid fiat, videmus. Niſi ſupereſſet ſpolium Aegypti, quod RAPVIMVS Papæ, omnibus fame pereundum eſſet. Alimur de ſpolijs Aegypti collectis ſub Papatu, & hoc ipſum tamen, quod reliquum eſt, etiam diripitur à Magiſtratu; ſpoliantur parochiæ & ſcholæ, non aliter, ac ſi fame necare nos velint. Noſter Princeps* (Elector Saxoniæ) *non alit nos de ſuo, ſed de ſpolijs Aegypti, &c.* Item. *Habent à nobis* (Euangelici Principes & Magiſtratus) *libertatem à tyrannide Papæ, præterea exteriora bona* (ſiue Eccleſiarum ſpolia) *nunc autem nos fame enectos cuperent.*

Prædicantes ex rapto viuunt. Tom. 9. Ger. VVitt. fol. 82.

Adſtipulatur Luthero Andreas Muſculus, qui egregium teſtimoniū nobis reliquit de hac prædiorum Eccleſiaſticorum deprædatione. *Nihil,* inquit, *noſtris cordi eſt, quàm rapere, capere. Proceres, Magnates à bonis Eccleſiaſticis*

De die nouiſsimo fol. 84.

*ſticis inceperunt. Neq; tamen benè collocant; ſed in priuatam vtilitatem conuertunt.*

In eundem ſenſum Schmidelinus ſcripſit. *Qui Eccleſiæ bona rapiunt, inq; priuatam vtilitatem conuertunt, ÿ veri demùm ſunt ſacrilegi, quamuis Reformationem Eccleſiæ, & ſanctum Euangeliÿ nomen callidè prætexant; quaſi ſcilicet nihil aliud ſpectent, quàm Dei gloriam & Eccleſiæ ſalutem, &c. Interea cor eorum opibus Eccleſiaſticis inhiat.* Concione 3. de planetis fol. 92.

Sed & Martinus Bucerus loco ſupra citato, poſtquam alias cauſas enumeraſſet, ob quas homines haud difficulter à Catholica fide diſceſſiſſent, & iſtam addendam cenſuit. *Nec pauci*, inquit, *eorum, (qui Papatum deſeruerunt) qualemcumq; Euangeliÿ* [ ſeu Lutherani, ſeu Zvvingliani ] *prædicationem eò tantùm receperunt, vt in opes inuaderent Eccleſiaſticas.* Lib. 1. de regno Chriſti cap. 4.

Deniq; quod non iniuriâ omnes miremur, idem fatetur *Eraſmi Alberi*, Lutheri amicorum non poſtremi

mni *Pæan* ſiue *Hymnus*, Lutheranorum præcipuè Principum ac Magiſtratuũ pietati conſecratus, qui hodie quoq; inter cæteras Euangelicorum Eccleſiaſticas cantiunculas circumfertur; cuius nonnullos verſiculos è Germanico Latinè redditos in Lutheranorum gratiam ſi attulero, nemo mihi iure ſuccenſebit. *Agite ergo: fauete linguis.*

Ita reddidit Scioppius in Eccleſiaſtico c. 104. fol. 349.

*Se iactant Euangelicos,*
*Sed usq; præbent improbos,*
*Deus profectò luditur,*
*Iraſci neq; creditur.*
*Nihil eſt niſi nequitia,*
*Deglubant præ auaritia,*
*Deum non eſſe crederes,*
*Adeo opprimuntur pauperes.*
*Eccleſias diripiunt,*
*Nec inde lucrum ſentiunt,*
*Fames egentes opprimit,*
*Et panis illos deficit.*
*Opes ſacratas rapiunt,*
*Queis de ſuo nil conferunt,*
*Sacra inuolant Clenodia,*
*En! quid facit auaritia?*

*Ara*

*Ars ſumma iam eſt conuiuia,*
*Facere, & nôſſe flagitia;*
*In his eruditißimi, &*
*Nequitia ſunt pleniſsimi.*

Hæc in laudem Lutheranorum ſuorum Lutheranus præco præcinuit. mirum, ſi non omnibus pedes pruriant ad ſaltandum, ob tam ſuauem cantum.

Ex quibus omnibus clariſſimè videmus, quantum Eccleſiaſticarum opum direptio Lutheraniſmo propagando attulerit adminiculi atq; emolumenti. Cum enim iſtæ opes ad eiuſmodi Dei cultum à Catholicis antea adhiberentur, quem Lutherus tanquam impium deteſtabatur, quid poterat ex hac Lutheri doctrina aliud ſequi, quàm vt quò potentior, atque cupidior quiſq; erat, eò impudentiùs in talia bona inuolaret, eaq; ſub prætextu melioris vſus, in ſua priuata commoda accommodaret? & vnde antea viginti, aut triginta ſacerdotes alebantur, inde nunc duobus

aut tribus prædicantibus alimenta vix ſubminiſtrarent, cætera vniuerſa pro ſua familia aſſeruarent? Neq; videtur cuiquam Principum, aut Nobilium vitio vertendum, quòd ſe quisq; illorum proximum ſibi iudicauerit, & prædam Catholicis ereptam non ex æquo cum prædicantibus diuiſerit. Ita enim facere Leonis exemplo didicere, qui, vt in fabulis eſt, ſic prædam cum Vulpecula partitus eſt, vt ſibi carnem, adipem, & medullam retinuerit, Vulpeculæ verò oſſa arida & exſucca rodenda reliquerit.

Etiam Lutherana charitas incipit à ſeipſa.

Atq; hæc cauſa fuit non tantùm promouens Lutheraniſmum, ſed etiam ſumma vi, ſummaq; velocitate propellens. Quid enim auaritia poſſit, notius eſt, quàm vt egeat demonſtratione. Quàm procliue eſt, vt *ignis exardeſcat in ſpinis*, aut ſtramine, tã procliue profectò fuit, vt diuulgata illa Lutheri doctrina de abroganda miſſa, de votis monaſticis violandis, &c. plurimorum pectora ad prædam accende-

Pſal. 117.

Digitized by Google

cenderentur. Non eſt igitur, cur Aduerſarij ſeipſos palpent, diuinumq́; miraculum in tam celeri propagatione Lutheraniſmi conſomnient. *Non à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Ex ijs, quæ huc vſq; diximus, quilibet, opinor, qui cognoſcendæ veritatis cupidus, hanc Luthericæ fidei propagationem ſine colorato vitro intuetur, facilè cognoſcet illam tantùm abeſſe à vero diuino miraculo, quantum diſtat ortus ab occaſu ſolis; præſertim ſi etiam illud falſum eſſe oſtendero, quod Aduerſarij toties in ore habent: nempe Lutherum ſine vi, ſine armis tantum hominum ſub Euangelij ſui iugum compuliſſe. Falſiſſimum hoc eſſe, ex ipſo Luthero conuincemus; cuius iſta ſunt verba. *Qui habet aures audiendi, audiat, & à bello Turcico abſtineat, donec Papæ nomen ſub cælo valet.* Audiſtis Martiam tubam? Tomo 2. Lat. VVitt. in aſſert, articuli 13.

 Sed

Sed primùm tantummodo ſignum id fuit; alterum quoq; tubæ ſonitum audiamus. *Hoc Deus auertat, vt Euangelium ſine ſeditione prædicemus. Nam ſi non turbas concitaremus, omniaq́ pacata & tranquilla eſſent, actum iam eſſet de noſtro Euangelio. Oportet enim Euangelium turbas excitare, quocunq; venit: hoc ſi non facit, non eſt verum Euangelium.* Item. *Quod verum Dei Verbum doceam, aliud efficaciùs argumentum aut miraculum nullum habeo, quàm quod tam citò Vniuerſum orbem peruaſit, tantasq́ diſcordias commouet: hoc enim niſi faceret, iam diu deſperaſſem & defeciſſem.* Iterum. *Nihil omnium rerum ita mihi viſu iucundum eſt, tantaq́ me afficit lætitia, quàm cum propter Euangelium diſſenſiones ac tumultus exoriuntur.* Annon hîc Lutherus claſſicum cecinit? Annon Principes, annon ciuitates, annon omnes nobiles ad fera bella vocauit, quotquot eius Euangelio nomen darent? ſed neq; hic finis. *Vide, vide,* inquit, *quàm æſtuat ſanguis meus & caro mea?*

Tom. 5. Ger. VVitt. comment. in Geneſ. c. 16. f. 97. §. 7. & Tom. 4. Ger. Ien. fol. 97. b. §. 2.

Tom. 7. Ger. VVitt. fol. 147.

Tom. 9. Ger. VVitt. in actis comitiorum VVormatienſium fol. 109. b. §. 3. & Tom. 1. Ger. Ien. fol. 444. a. §. 2.

Digitized by Google

*mea? quàm cuperet ex punito Papatu læti-tiam percipere?* Quòd ſi quæras, quâ pænâ tam ſitienter cupiat punitum Lutherus Papatum? ita ille reſpondet. *Propemodum nullum melius conſilium & remedium videtur Papiſtarum progreſſus reprimendi, quàm vt Cæſar, Reges ac Principes VIM parent, & ARMATI hos pernicioſos homines aggrediantur, & fabulæ huic armis, non verbis, finem aliquando imponant. Si enim fures laqueo, homicidas gladio, hæreticos igne punimus; quare non multò magis hos peſtilentiſſimos Doctores OMNI ARMORVM genere adorimur, & in ipſorum ſanguine manus noſtras lauamus?* Et alibi. *Res riſu tantùm digna foret, ſi qua inſignis & benè robuſta concitaretur ſeditio, quæ magiſtratus Eccleſiaſticos de mundo extirparet.*

Tom. 8. Ger. Ien. aduerſus Papatum à Diabolo fundatum fol. 610. a. §. 3. Tomo 1. Ger. Ien. aduersus Silueſtrum Prieratem, fol. 60. b. Tom. 9. Ger. VVitt. fol. 24. b.

Tom. 7. Ger. VVitt. fol. 331 b.

Hæc omnia Lutherus in publicis chartis per vniuerſam Germaniã ſparſit, dum iaceret fundamenta ſui Euangelij, quibus nihil aliud eum voluiſſe clariſſimum eſt, quàm vt omnium Germanorum animos ad arma



Digitized by Google

pro Lutheraniſmo, contra Catholicā Religionem capeſſenda accenderet & concitaret: in quem etiam finem (quod mireris) nouusq́; Papa, quaſi Indulgentias quaſdam, & præmium iis conſtituit, qui aliquid ad huiuſmodi bellum contuliſſent. Audite *Bullam Cruciatæ* Lutheranæ *expeditionis. Quicumq́;* (inquit Lutherus) *opem ferunt, corpus, bona & famam in hoc impendunt, vt Epiſcopatus deuaſtentur, & Epiſcoporum origo extinguatur, HI SVNT DILECTI FILII DEI, & veri Chriſtiani.*

Tom. 1. Ienenſ. fol 132. lib. contra Ordinem falsò Eccleſiaſticum dictū.

His tam magnificis promiſſis, tamq́; ſplendido Lutheri Iubilæo, ruſtici Germaniæ inflammati, correptis armis, non ſolùm Eccleſiaſticorum, verùm etiam Sæcularium Principum, nobiliumq́; bona vaſtauerunt; cui incendio extinguendo Lutherus etſi aquam ſe affundere edito libello (quē *Cohortationem ad pacem* inſcripſit) ſimulaſſet, reipſa tamen oleum affudit, faceſq́; nouas minimè obſcurè ſubiecit,

cit.

cit, dum impudentiſſimè in Magiſtratus ac Principes eſt debacchatus, eorumq́; autoritatem omnem apud ruſticos ſummè depreſſit & labefactauit. Hæc enim ſunt eius libri verba. *Hoc ſciatis, Boni Domini: Deus ita procurat, vt non velint ruſtici, nec poſſint, nec DEBEANT veſtram tyrannidem diutiùs ferre. Non iam* (poſt vulgatum meum Euangelium) *mundus eſt ſicut olim, cum homines ferarum inſtar agitaretis. Oportet vos alios fieri, & EVANGELIO* (ſcil. Lutherano) *LOCVM DARE. Si non feceritis amico voluntarioq; modo, facere vos oportebit inuitos. Si non COEGERINT vos iſti ruſtici. COGENT alij. Nam etiamſi omnes occideretis, adhuc tamen ſalui, nec occiſi erunt. Deus enim alios ſuſcitabit. Siquidem vult vos percutere, & percutiet. Non ruſtici ſunt illi, qui vobis rebellant, ſed Deus ipſe eſt, qui vos oppugnat, &c.*

Tom. 2. Ger. VVitt. fol. 73. & Tom. 3 Ienenſ. fol. 14. b. §. 2.

Hoc claſſico pacificus in fronte Lutherus, ad ſeditionem, cædemq́; Principum, niſi Lutherani fierent, ru-

ſticos inflammauit; ac ne eosdem animis quodammodo percuſſos Maieſtas Regum atq; Principum à ſcelere deterreret, id potiſſimùm in varijs ſuis ſcriptis egit, vt Reges ac Principes nihil furibus & latronibus eſſe meliores digniores q; aſſereret. Ita enim ſcribit. *Si cuiusquam opes perdendæ ſunt, Principum perdendæ ſunt, quod Principem eſſe, & non aliqua parte LATRONEM eſſe, aut non, aut vix poſsibile eſt; eoq; maiorem latronem, quo maior Princeps eſt.* Et alibi. *Plerumq; Principes ſunt omnium, quos terra ſuſtinet, ſtultiſsimi & deterrimi NEBVLONES, ita vt ſemper peſſima quæq;, & parùm boni, in rebus maximè diuinis, animarum ſalutem attingentibus, expectare ab ipſis oporteat.* Et rurſùm. *Hic vides, quomodo miſer mortalis vermium Saccus, Carolus Cæſar, qui vitæ ſuæ nec vno momento certus eſt, IMPVDENTER ſe glorietur verum, ac ſupremum eſſe fidei Chriſtianæ defenſorem. Deus nos ab eiusmodi ſtolidis, fatuis, inſanis, furioſis & amentibus Morionibus liberet,* alios-

Tom. 1. epiſt. Lut. Ienæ editarũ fol. 340. b.

Tom. 2. Ger. Ien. de Magiſtratu ſæculari f. 200. §. 3.

Tom. 2. Ger. Ien. aduersùs duo mandata Cæſaris fol. 435. b. & Tom 9 VVitt Ger. fol 197.



Digitized by Google

*aliosq́; per gratiam ſuam det nobis Principes, Amen.* Hæc ille. Quis Ruſticorum domi ſe contineret ad tam pias *Lutheri* preces? Quis manum ab armis ad tam ſeriam exhortationem abſtineret? Quis non ſupercilium aduerſus Magiſtratum ſuum extolleret, ſi eum audiat *à Deo oppugnari?* inter *deterrimos NEBVLONES & LATRONES* numerari? *morionem, furioſum, amentem, ſtolidum, fatuum* appellari? & quidem ab eo ipſo, qui ſe *Prophetam & Euangeliſtam Chriſti* nominauit?

**Lutherus belli ruſticorum incendiarius.**

Igitur tantùm abeſt, vt ab armis reuocauerit ruſticos Lutherus, vt potiùs eos ad ardentes pugnas, & dira prælia miſcenda, pro Lutherano Euangelio, inſigniter inſtigârit, eisq́; galeas & enſes quaſi in manus dederit. Vnde obuia quæq́; furioſo impetu, veluti tempeſtas quædam inuaſere, innumera Catholicorum templa deiecêre, Monaſteria plurima ferro flammisq́; ſolo æquauêre: quæ omnia fuêre Lutherano Euangelio propa-

gando opportuniſſima remedia.

Tandem cum vidiſſet *Lutherus* ruſticos, quos tumultuoſis ſuis ſcriptis ad rebellionem concitârat, Principum armis ſuperatum iri, veritus ne ſibi quoq; , veluti tantarum turbarum auctori & ſtimulatori capitale malum crearetur, repente ſtilum in ruſticorum iugulum vertit, ad eosq; crudeliſſimè trucidandos Principes etiam atque etiam eſt atrociter adhortatus. *Hîc cædat*, inquit, *iugulet & transfodiat, clam, aut palā, quicunq; poteſt*. Ac ne quis etiam ob hoc tam bonum opus præmio ſe cariturum putaret, paulò poſt ſubiunxit: *Videntur diaboli, nullo apud Inferos relicto, omnes ſimul in ruſticos ingreſſi eſſe. Iam mira ſunt tempora, vt Principes ſanguine humano effundendo faciliùs cælum MEREANTVR, quàm alij orando. Interficiat hîc cæſim, punctim, quicumq; poteſt. Sin autem & occidaris in tali conatu, ô te Beatum! Beatiori certè genere mortis defungi non datur. Siquidem verus Dei Martyr moreris*. Hæc manſuetiſſimus *Lutherus*. Quid

Tom. 3. Germ. *Ien.* contra ruſticos fol. 124. a. §. 3. & *Tom.* 2 Ger. VVitt. fol. 82. b. §. 2. Ibid in Tomo Ienenſi fol. 125. b. & in Tomo VVitt. fol. 84. a § 1-85. a. §. 1. Notetur à Luthero concedi nos poſſe *cælum mereri.*

Quid porrò ſecutum fuerit, ipſe quoq; Lutherus commemorat, *cum plusquam centum millia ruſticorum cæſa ſcripſit.* Quinimò in colloquijs Islebienſibus de ſe ipſo ita gloriatur. *Ego omnes ruſticos ſeditioſos interfeci: quia vt interficerentur iuſsi. Sanguis eorum omnium ſuper caput meum.*

In margine commentarii Exod. 20. Tom. 5. Ger. VVitt. f. 123. a. §. 4.

In colloq. Isleb. de concionatoribus fol. 250. §. 5.

## EX HIS OMNIBVS SIC ARGVMENTAMVR.

*Is non eſt dicendus ſine vi, & ſine armis propagâſſe doctrinam ſuam, qui pro dilatanda ſua doctrina vniuerſos ad arma vocauit, & bellum reipsâ ſecutum, tanquam ſtabiliendæ ſuæ doctrinæ valde opportunum, non ſolùm opus Dei eſſe pronunciauit, ſed ad eius belli pſecutionẽ auctores illius*

Lutheraniſmi armata propagatio.

*nouis hortationibus, veluti flabris quibusdam, accendit. Sed Lutherus fecit hæc omnia. Ergo non eſt dicendus ſine vi, & ſine armis propagaſſe doctrinam ſuam.*

Maior eſt clariſſima. Minor quoq; ex citatis Lutheri locis nemini poteſt non eſſe perſpicua.

Nam I. euidens eſt, eum Bellonæ lituo vniuerſos ad arma vocitaſſe pro doctrina ſua, quando dixit; *Cur non magis hos* ( nempe Catholicos) *omni armorum genere petimus, & manus noſtras in ſanguine eorum lauamus?*

II. Etiam poſtquam à ruſticis iacta fuiſſet belli alea contra Principes, Lutherus illorum auſùm ita laudauit, approbauit, & commendauit, vt Dei opus eſſe pronunciauerit: Non enim ſolùm dixit, *Ruſticos nec poſſe, nec DEBERE ampliùs ſuorum Dominorum tyrannidem ferre*; ſed inſuper addidit: *Non*

Digitized by Google

*Non ruſtici ſunt illi, qui vobis* (Principibus) *rebellant, ſed Deus ipſe eſt, qui vos* (per ruſticos) *oppugnat.* Quo dicto quomodo ruſtici non mirificè confirmati, animisq; ingentibus aucti fuiſſent?

III. Atrociſſimis quoq; minis terruit Catholicos Principes, niſi Euangelium *L*uthericum pleno oſtio admitterent. *Oportet* [inquit] *vos* (Principes) *alios fieri, & Euangelio*(Lutherano) *locum dare. Si non feceritis amico voluntarioq́; modo, facere vos oportebit inuitos.* Quaſi dicat. Si *L*utheranam doctrinam non ſponte receperitis, ruſtici vos Euangeliũ docebunt, & ad id ſuſcipiendum COGENT. Hinc mox ſubiungit. *Si non coëgerint vos iſti ruſtici, cogent alij.*

Quid hoc erat aliud, quam VIM inferre Catholicis? Annon VIS eſt, ſæuam mortem intentare, & præſens minari exitium, niſi Lutheranus fias? præſens dico exitium: quia iam ruſtici in armis erant: iam in obuia quæq; graſſa-

graſſabantur; iam Catholicorũ templa in multis locis euertebant; iam monaſteria incendebant; vt nemo Catholicorum potuerit in tali rerum ſtatu immunitatem ſibi à violentia polliceri; præſertim tubam bellicam tam fortiter inflante *L*uthero, ac præcinente; *Deum eſſe, qui hæc peragat: & omnes illos, qui locum non dent Euangelio, à ruſticis vel his, vel alijs eſſe COGENDOS.* Annon eſt iſta armata *L*utheraniſmi propagatio? Sanè qui iſta non videt VIM ſapere, nihil ſapit.

IV. Hanc ipſam rebellionem ſummè opportunam fuiſſe, *L*utherano Euangelio diſſeminando, etiam hinc manifeſtum eſt. Dum enim à ruſticis paſſim Epiſcopatus vaſtarentur; dum monaſteria & templa diruerentur & diriperentur; dum Sanctorum Reliquiæ, Cruces & Imagines abijcerentur; dum ſacra altaria euerterentur; nonne eo ipſo remouebantur obſtacula, quæ Lutheraniſmi propagationem poterant remorari? Certè non

Lutheraniſmus armis propagatus, vt Mahometiſmus.

non poterat eſſe conuenientior, quàm iſta, Germaniæ diſpoſitio ad Luthericæ doctrinæ ſemina recipienda, centuplumq; fructum proferendum.

V. Adeò Lutherus in propagando ſuo Euangelio bellicoſus fuit, vt etiam mortuus adhuc bella concitarit; quemadmodum ipſe vaticinatus fuit; *Si viuã,* (inquit) *pacem præ me non habebunt Papiſtæ: ſin moriar, decies tantò minùs pacem habebunt.* Et alibi. *Vita mea Papiſtarum carnifex eſto. Mors mea eorundem Diabolus: ſic, inquam, & non aliter experientur.* Et rursùm. *Doctrina mea debet clamare & verberare: hîc modò nullam Deus mihi det patientiam aut manſuetudinem. Hîc clamo, Non, Non, Non, quamdiu ſpiro, vt vel Cæſari, Regibus, Principibus, Diabolis, & quibuscumq; ilia rumpantur.*

Tomo 3. Ger. VVitt. f. 66. b. § 4. & Tom. 7. Ger. VVitt. fol. 338. & in libro aduerſ. falsò nominat. Statum Eccleſiaſt. Tom 7. Ger. VVitt. f. 461. Tõ. 6. Germ. VVitt fol. 448. §. 2. & Tom. 1. Ger. Ien. fol. 331.

Iudicet ex iſtis æquiſſimus Lector, an dici cum veritate poſſit, Lutherum ſine vi, ſine armis ſuam doctrinã propagaſſe? Non dubito profectò, quin hîc mecum quilibet clamaturus ſit.

*Non,*

*Non, Non, Non*; *vt vel* Pregizero, Cellario, Meiſnero, vel cuicunq; Apoſtatæ & prædicanti *ilia rumpantur*. Quod ſi autem galea & haſta, ſi enſe & ſcuto, ſi crepitantibus æneis fiſtulis vſus eſt *L*utherus in promulgatione Euangelij ſui, quod miraculum edidit præ Mahomete aut Caluino? *Non igitur à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Porrò vt huius inuictiſſimæ veritatis robur ſplendidiùs eluceſcat, placet etiam ſubnectere imbellia Aduerſæ partis reſponſa, quibus horum Argumentorum ictus fruſtra conantur deludere & euitare.

## PRIMVM EFFVGIVM ADVERSARIORVM.

*PRIMO aiunt, Lutheri doctrinam non eſſe nouam, ſed renouatam: aut ſi noua ſit, non*

*eſſe*

*eſſe verè & reipſa nouam, ſed ſolùm apparenter: item non eſſe ante 100. annos primùm inſtitutam, ſed reſtitutam: eſſe reductam, non autem nouiter introductam: Cum enim Biblia ſacra in Eccleſia ab Apoſtolorum tempore ſemper fuerint; Lutheri verò doctrina in ijs contineatur, vt ex conſonantia vtriusq́; cognoſci queat, non poſſe eam quoq́; non eſſe antiquiſſimam.*

RESPONDEO hoc effugium eſſe *apparens* tantùm, & inane, non autē *verum*. Nam I. ſupponit falsò, totam Eccleſiam Chriſti viſibilem poſſe à ſana doctrina deficere, & in errores prolabi, in ijsq́; veteraſcere; quod eſt Spiritum S. deſidiæ iuxta & mendacij

ſcij arguere ; veræq; Eccleſiæ ſubtra- 1. Timot. 3.
here *Columnam & firmamentum veritatis*, contra Apoſtolum. Ergo inepta hoc loco eſt iſta diſtinctio inter ſimpliciter *nouam* & *renouatam* Eccleſiæ doctrinam. Equidē ſi portæ inferi (vt Matth. 16. v. 18.
Chriſtus promiſit) non ſunt præualituræ aduerſus Eccleſiam; ſi etiam Spiritus S. viſibili Eccleſiæ donatus,
Ioan. 14. *manet cum eâdem in æternum*, hoc eſt, vsq; ad *conſummationem ſæculi*, eamq; docet *OMNEM veritatem*, quomodo fieri poteſt, vt Eccleſiæ doctrina vitium vnquam contrahat? vt errorum ſitu & ſqualore ita conſeneſcat, vt RENOVATIONI eiusmodi, qualem Lutherus iactat, poſſit eſſe locus? Quare doctrina Lutheri reſpectu Eccleſiæ non poteſt eſſe doctrina renouata, quia Eccleſiæ doctrina nunquā eſt corrupta: ſed eſt ſimpliciter NOVA.

II. Id non poteſt eſſe aut *renouatum*, aut *apparenter* tantùm nouum, quod priùs *verè* & *reipsâ* nunquam fuerat

fuerat nouum: nec poteſt eſſe *reſtitutum*, quod priùs nunquam fuerat *inſtitutum*; nec poteſt eſſe *reductum*, quod priùs nunquam fuerat *introductum*. Sed Lutheri doctrina priùs nunquam fuerat *inſtituta*; nunquam *introducta*. Ergo non eſt tantùm *apparenter* noua; nec duntaxat *renouata*, nec *reducta*, nec *reſtituta*.

Lutheri doctrina fruſtatim ab antiquis hæreticis eſt accepta: tota illius complexio eſt prorsùs noua & inaudita.

PRIMA propoſitio clariſſima eſt. Probatur propoſitio ſecunda. Complexio totius Lutheranæ doctrinæ ante Lutherum à nullo vnquam hominum audita, lecta, ſcripta, aut tradita fuit. Ergo nunquam fuit ante Lutherum *verè* & *reipsâ* noua; nunquam fuit *inſtituta*, nunquam *introducta*. Antecedens probatur I. Quia toties prouocatis Lutheranis, vt oſtenderent aliquempiam, qui ita ſenſerit, ſemper aqua hæſit; & adhuc in ſempiternum hærebit. Nam fari neſcios infantes, & ignotos ac latentes Chriſtianos pro teſtibus idoneis hîc non admittimus: hæreticos verò & ſchiſmaticos, quos

adducunt, illis non inuidemus: quorũ tamen nemo in eſſentialibus omnibus cum *L*uthero concors fuit.

Tom. 1. Germ. Ien. fol 480.

II. Quia ipſe Lutherus faſſus eſt, *Neminem ſe ſcire, qui de fide & operibus rectè iudicare potuerit, exceptis Apoſtolis; In cæteris verò libris id nequaquam inueniri:* Item ſuam doctrinam NOVAM eſſe, ſe SOLVM, ſe PRIMVM, ſe VNICVM fuiſſe in vniuerſo mundo, qui illam tradiderit. Ac ne quis putaret eum tantùm de *apparente, reſtituta,* ſeu *reducta* NOVITATE loqui, diſertè alibi ſuam mentem explicauit, dicens; *Germaniam quidem olim Verbum Papæ audiuiſſe; neſcire tamen ſe, an unquam audierit Verbum Dei.* Perinde, ac ſi diceret; neſcire ſe, an VNQVAM Euangelium, quod ipſe doceret, in Germania *inſtitutum, introductum,* adeoq; *verè* NOVVM fuerit. Ergo quando ſuam doctrinam ſimpliciter NOVAM vocauit Lutherus, non potuit de NOVITATE *apparente, renouata, reducta,* ſeu *reſtituta* loqui, ſed tantùm de NOVI-

Lutherus loco ſupra citato.

Germania antehac numquam audiuit Verbũ Dei. Ergo ſimpliciter NOVVM fuit in Germania



Digitized by Google

TATE *vera, prima*, & antea nunquam *introducta*.

III. Omnium hæreticorum mos eſt, quando illis exprobratur NOVITAS, dicere, ſuam doctrinam non eſſe NOVAM, ſed in S. ſcriptura contineri; vt ipſe teſtatur *L*utherus, qui ait, idcircò Scripturam *Librum Hæreticorum* nominari, quòd vniuerſæ Hæreſes ex eâ prodeant, & ſub illius vmbra conquieſcant; & tamen Eccleſia ſemper magna generoſitate tales tanquam reipsâ NOVATORES condemnauit, quicunq; contra publicè receptam in toto Orbe doctrinam aliquid in fidei articulis tradidiſſent. Idq; rectiſſimè factum iudicauit itidem *L*utherus, quando dixit, *Non diu diſputandum, ſed indicta cauſa & inauditos damnandos eſſe, ſicut blaſphemos, qui contra generales Eccleſiæ articulos aliquid nouare audeant. Nam tales*, inquit, *generales articuli, recepti à tota Eccleſia, ſatis auditi ſunt, ſatis excuſſi, approbati, ſatis firmati per ſcripturam, per virtutes, per miracula, per ſan-*

Tom. 1. Ger. VVitt. fol. 119. b.

Lutherus enarrat. in Pſalm. 82. Tomo 3. VVitt. fol. 488. b.

LVTHERVS ſeipſum condemnat.

*guinem martyrum, per ſcripta & confeſſionem totius Eccleſiæ: nec vllo modo ferendus eſt vllus ſapientulus, qui illos reuocare velit.*

Hæc Lutherus in Carolſtadiū & Münzerum, quæ nos in ipſum auctorem meritò retorquemus: ſiquidem & ipſe faſſus eſt, ſuam doctrinam eſſe *nouam*, ſe *vnicum* & *ſolum* fuiſſe in vniuerſo mundo, qui talia doceret. Fuit ergo illius doctrina eo ipſo tanquam NOVATORIS, non autem *Renouatoris*, protinus explodenda, & damnanda, etiam non auditâ aliâ cauſâ: ſicut Lutherus ibidem ait Patres in Concilio Nicæno Arij dogmata abſq; vlla diſputatione confeſtim damnâſſe, tanquam manifeſtam blaſphemiam.

Theodorus Thum̃ in ταπεινωσιγραφίᾳ. fol. 15.

IV. Tubingenſis prædicans Theodorus Thum̃ ita oſtendit Doctoris Menzeri doctrinam de omnipræſentia Chriſti NOVAM eſſe & repudiandam. 1. *Quia faſſus ſit ipſemet eam eſſe NOVAM.* Atqui hoc & Lutherus fecit.

cit. 2. *Quia faſſus ſit ſe ſententiam priorem mutaſſe.* Etiam Lutherus hoc apertè faſſus eſt. 3. *Quia nemo ante Menzerum Orthodoxus ita docuerit.* Sed neq; ante Lutherum orthodoxorum quiſquam ita docuit. Ergo ſi Thummij gladius Menzerum vulnerat, cur non meus quoq; Lutherum? *Dices*; Lutheri doctrina in ſcriptura continetur: ergo non eſt *noua*. O te miſerum, & improuidum prædicantem! nonne vides etiam hoc ipſum tibi Doctorem Menzerum reſpondere poſſe?

V. Si in ſcriptura continetur Lutheri doctrina, oſtendatur nobis, quo Libro, quo capite, qua pagina, quo numero reperiantur horribilia illa Lutheri pronunciata. *Omnia neceſſitate abſoluta eueniunt, ſicut VVicclefus docuit. Etiam in malis operibus nos ſæpius* COACTI *ſumus aliud facere, quàm cogitauimus. Proprium eſt opus Dei proditio Iudæ & adulterium Dauidis, ſicut conuerſio Pauli. Deus facit omnia, non permiſſiuè, ſed*

NVSQVAM, nuſquam in Bibliis reperitur abominanda LVTHERI doctrina.

*uè, ſed potenter.* Quæ duo poſteriora Melanchthonis dicta dum laudauit & approbauit *L*utherus, ſe quoq; illorum aſſertorem profeſſus eſt. Oſtendantur etiam in Scriptura omnes reliquæ aſſertiones Luthericæ de Deo, de Chriſto, de ſola fide, de bonis operibus, &c. quas ſuperiùs Argumento tertio retulimus; & tunc credemus Lutheri doctrinam non eſſe *nouam*, ſed *renouatam* tantùm, non eſſe nouiter *introductam*, ſed *reductam*. Quamdiu verò hæc non oſtenderint aduerſarij, tamdiu NOVATOREM & hæreſiarcham fuiſſe Lutherum, quantâ, quantâ poſſumus, voce iure & meritò clamabimus; dicemusq;, *Non à Domino,* ſed à Dæmone traditum eſſe iſtud, quod Lutherus tradidit, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

## SECVNDVM EFFVGIVM ADVERSARIORVM.

*Secun-*

Digitized by Google

*SECVNDO aiunt, Iniquum eſſe à Luthero poſtulare miracula. 1. Quia ſi probetur Lutheri doctrinam Apoſtolicam eſſe, ſimul etiam probari illam miraculis claruiſſe. 2. Nulla extat promiſsio, velle Deum vltimis temporibus veram fidem per miracula notam facere. 3. Miracula etiam à falſis prophetis præſtari poſſunt; Matth. 24. v. 24: Proinde nõ ſunt ſolius veræ Religionis proprium teſtimonium. 4. Etiam Christus monuit, ne vltimo tempore credamus propter ſigna. Matth. 24. v. 44. 5. Alia adſunt haud obſcura ſigna,*

Meiſnerus contra Leſſium fol. 216 & 217. Idem contra 3. Fundam. Excubiarũ Reihingi Catholici fol. 218.

*quibus certò cognoſcitur Lutheri diuina vocatio. Nempe Vaticinia de ipſo edita, tùm Apoſtolica, Apocal. 14. v. 6. & c. 18. v. 1. tùm Eccleſiaſtica: quorum alterum in templo Friderici Barbaroſſæ expreſſum, vbi ſtatua Monachi extructa circa annum Chriſti 1170. cum inſcriptione, LVTERVS, referente Theophraſto Paracelſo in Chronicis Carinthiæ: alterum Ioannis Hußi ad rogum euntis, dicentisq́;,* poſt centum annos veniet cygnus, quem aſſare non poteritis. 6. *Accedit ad hæc omnia doctrinæ Luthericæ diuinitas, & cum*

*Cano-*

*Canone Apoſtolico conuenientia: Inexpectata veritatis notificatio: ſub onere ac opere diuina protectio: donorum excellentia ſingularis, cum peritia Linguarum, & dexteritate vertendi ſcripturas. Hæc omnia pro ingenti miraculo eſſe poſſunt.*

RESPONDEO, eodem nos iure vti contra Lutherum, quo ipſe vſus eſt contra nos, & alios; adeoq; nihil iniquè ab eo petere. Nam I. in Libro de ſeruo arbitrio ſic ſcribit. *A vobis, qui aſſeritis Liberum arbitrium, non à nobis, qui negamus, debent miracula exigi: affirmatiua debet probari. Negatiua quando nihil eſt, nihil ponit, nihil tenetur probare, nec debet probari. Nobis mandatum eſt prorsùs nullum dogma admittere ſignis diuinis non ante probatum. Deuter. 18.* Accipio Luthere, & dico. Tu affirmas,

Tomo 2. Lat. VVitt. fol 470. a. §. 5.

NOTETVR pulcherrima Lutheri regula; ex qua licet nobis ferè totũ Lutheraniſmum negare, nec tamen nobis incumbit probandi onus.

*Papam eſſe Antichriſtum*; Tu ais, *nos ſola fide iuſtificari*; *bona opera eſſe pernicioſa ad ſalutem*; *omnia abſoluta neceſſitate euenire, &c.* Ergo à te exigi debent miracula in horũ dogmatum probationem. II. Quicunq; *immediatè* & *extraordinariè* à Deo vocatur ad Euangelium prædicandum, is tenetur ſuam vocationem probare miraculis; & conſequenter non iniquè ab eo miracula poſtulantur. Sed Lutherus, ſi ipſi & Lutheranis credimus, *immediatè* & *extraordinariè* à Deo vocatus eſt ad prædicandum Euangelium, & Reformandum mundum. Ergo, &c.

Maior eſt ipſius *Lutheri* ita Mülhuſianos adhortantis. *Satan* (inquit) *non niſi errones mittit, qui neq; à Deo miſſos ſe probare poſſunt, neq; ab hominibus vocati ſunt, ſed ſua ſponte veniunt, &c. Si talis prædicator dicat ſe, ſicut Apoſtolos, à Deo & Spiritu eius* (extraordinariè) *miſſum, iubete, vt id ſignis ac prodigijs demonſtret, aut ſilentium ei imponite. Vbi enim Deus ordinariam ad Miniſterium*

In admonit. ad Mulhuſienſes. Tom. 2. Ger. Ien.

*ſterium vocandi rationem vult mutare, ibi SEMPER miracula operatur.* Hinc etiam ad præfectum VVartburgenſem ita ſcribit de clancularijs concionatoribus vitandis. *Doceatur populus interrogare tales, & dicere. Vnde venis? quis te miſit? quis te concionari iuſsit? Vbi ſunt litteræ, vbi ſigillum, te ab hominibus miſſum? vbi miracula, teſtificantia te à Deo miſſum?* Cuius ratio eſt. Quia Apoſtolus eſt Legatus Dei. Oportet igitur, vt non ſua ſponte venerit; ſed à Deo miſſus ſit; quæ miſſio, ſi extraordinaria ſit, ſignis de cælo debet fieri certa & manifeſta; alioqui quiuis poſſet ſe Apoſtolum iactitare. Hæc vim habent non ſolùm aduersùs concionatores *clancularios*, cum quibus Lutherus digladiabatur, ſed etiam aduersùs omnes alios, quocumq; nomine nuncupentur, qui vel ad ſimpliciter *nouam* doctrinam diſſeminandam, vel ad veterem penitùs collapſam & obſoletam iterum inſtaurandam & reformandam, ſeſe *extra-*

Tom. 2. Ger. VVitt. fol. 245. 2. §. 1.

*ordina-*

*ordinariè* vocatos eſſe aſſeuerant; quemadmodum etiam Melanchthon teſtatur, cuius hæc ſunt verba. *Sic poſtea ſæpè, quando mundus ferè oblitus fuit promiſſionem & doctrinam Euangelij, tunc vocauit Deus nouos Doctores, vt poſt Nohe & Sem vocauit Abraham, deinde Ioſeph, poſtea Moyſen, poſtea Samuelem, Eliam & alios. Sic quando magnæ tenebræ erant, Deus vocauit Ioannem: & ſemper addit Deus miracula; vt certò ſciamus à Deo miſſos, &c.*

Melanchthon in cap. 3. Matth.

Iam etiam Minor probatur. I. Lutherus ad Electorem Saxoniæ diſertiſſimè ſcribit, *ſe Euangelium non ab hominibus, ſed TANTVM de cælo per Dom. N. Ieſum Chriſtum accepiſſe, ita vt planè potuerit (ſicut poſthac facturus ſit) ſeruum Dei & Euangeliſtam ſe nominare, & prædicare.* Quæ verba non poſſunt tantùm hunc ſenſum habere (vt non nemo nugatur ex *Lutheranis*) quaſi dicat Lutherus, ſe doctrinam veram Euangelij, & legitimum ſenſum illius ſolùm à Chriſto de cæ-

Tom. 2. Ger. VVitt, fol. 147. b.

lo,

lo,per diuinam illuminationem, non autem ab hominibus didiciſſe: quia neq; per ſolam diuinam illuminationem, neq; per ſolam ordinariam humanam poteſtatem poteſt ſe quiſpiam *Euangeliſtam Chriſti nominare & prædicare*; ſed requiritur præterea autoritas,conſtitutio, adeoq; *miſſio* ſeu *vocatio diuina* ad illam dignitatem. Cum igitur Lutherus hîc loquatur de tali *acceptione Euangelij de cælo*, per quam *Euangeliſta Chriſti*, &, vt alibi loquitur, *Eccleſiaſtes* effectus ſit,neceſſariò etiam includit in hac acceptione extraordinariam vocationem,ſeu miſſionem ad munus extraordinariũ Euangeliſtæ & Eccleſiaſtæ obeundum. Hinc tam audacter ad Epiſcopos Catholicos ſcripſit. *Si Euangeliſtam etiam me Dei gratiâ nominarem, citius eſſem oſtenſurus me hoc iure facere, quàm veſtrûm aliquis titulo, aut nomini Epiſcopi ſatisfecerit. Certus enim ſum Chriſtum ipſum me ſic nominare, & pro Eccleſiaſte habere,qui meæ doctrinæ eſt Magiſter.* Tom. 2. VVitt. Lat. fol. 329. & 330.

II. Fa-

II. Fatentur ipſi *Lutherani* paſſim, *Lutheri* vocationem, *reſpectu admirandæ & ſingularis Reformationis, fuiſſe extraordinariam & immediatam.* Hinc in Concionibus habitis VVittebergæ de Iubilæo Lutherano pag. 215. VVolfgangus Franzius ſic declamauit. *Quòd verò Lutherus tandem cœperit Papatum reformare, & omnibus Eccleſijs præſcribere, ex vnico Dei Verbo, quomodo Deum ſolum agnoſcere, magni facere, & rectè colere, Sacramentaq́; adminiſtrare debeant, iuxta Dei inſtitutionẽ, contra intruſas Papiſticas cõſuetudines, &c. Huius ab ipſomet Domino Deo habuit mandatum, & ad id ſingulariter immediatè eſt vocatus.* Simile quiddam ex communi aliorum Lutheranorum ſenſu aſſeruit Apoſtata Reihing in diſſertatione de Eccleſia, cuius verba ſupra pag. 5. attulimus.

*Anno 1617.*

III. Accedit hæc ratio. Quicunq; ſe vocatum ad Apoſtolatum iactat, nec tamen probare poteſt vocationem *mediatam & ordinariam*, is tenetur



Digitized by Google

tur probare miraculis *immediatam & extraordinariam*: cum non ſit reliquus tertius Vocationis modus; & extraordinariæ vocationi ſemper miracula Deus addere ſoleat, vt ex *L*uthero audiuimus. Sed Lutherus ad Apoſtolatum ſe vocatum iactauit; nec tamen potuit probare mediatam ſuam vocationem, &c. Ergo miraculis tenetur monſtrare ſe Apoſtolum; adeoq́; non iniquè ab eo poſtulantur miracula.

Maior ex dictis patet. Probatur Minor. Lutherus ordinariam & mediatam vocationem habuit vel à Doctoratu, vel à Sacerdotio, vel à Magiſtratu ciuili.

Non I. à Doctoratu: quia per illum non confertur propinqua poteſtas prædicandi Euangelium, ſed ſolùm publicè exhibetur teſtimonium ſufficientis doctrinæ; vt in exemplo eſt manifeſtum. Fiat aliquis Doctor Theologiæ Tubingæ: num ideò poteſtatem habet in Saxonia, aut quauis

alia

alia ciuitate prædicandi Euangelium, inconſulto magiſtratu & ſuperintendentibus Lutheranis? Ergo per Doctoratum præcisè non conceditur poteſtas Apoſtolatus; aliàs etiam Doctor Carolſtadius fuiſſet verus Apoſtolus. Deinde fatetur ipſe Lutherus Doctoratum, ſeu Magiſterium Theologicũ tantùm prodeſſe Eccleſiæ, quantum Diabolus: Quomodo igitur per Doctoratum fuit vocatus ad Apoſtolatũ? Antecedẽs probatur. Inter Articulos VVicclefi Conſtantiæ damnatos eſt etiam iſte: *Vniuerſitates, ſtudia, Collegia, Graduationes, & Magiſteria in eiſdem ſunt vana gentilitate introducta, & tantum proſunt Eccleſiæ, ſicut Diabolus.* VViclefi autem articulos Lutherus omnes approbauit his verbis. *In faciem tuam ſanctiſſime Dei Vicarie tibi liberè dico: omnia damnata Ioannis Huſſi eſſe Euangelica & Chriſtiana.* Ergo Lutherus non accepit à Doctoratu Vocationem ſuam.

Lutherus in Aſſert. articulorũ. Tom. 2. Lat. VVitt.

Non II. à Sacerdotio per Epiſcopos

poſ ipſi collato. *Nam Epiſcopi* (inquit *Lutherus*) *Laruarum ordinatores, ſacrilegè errant, & dum officio ſuo abominabili funguntur, neminem faciunt ſacerdotem, niſi primùm neget ſe eſſe ſacerdotem, & ita eo ipſo, dum ſacerdotem faciunt, reuerâ à ſacerdotio remouent, vt ſit coram Deo illorum ordinatio verè ludicra, tamen veriſſima & ſeria degradatio.* Ecce! per ſacerdotium Pontificium factus eſt Lutherus, ſuomet teſtimonio, *Larua; remotus eſt reipſa à ſacerdotio; veriſſimeq; & feriò eſt degradatus,* & quidem per eam actionem, quæ coram Deo eſt verè *ludicra*. Quomodo igitur potuit legitimam vocationem per tale *ſacerdotium* accipere?

Tom. 2. Lat. VVitt. fol. 384. a. de Inſtit. miniſtr. Eccleſ. ad Prag.

Non III. à Magiſtratu Ciuili. Quia Vocatio ad Apoſtolatum debet procedere à poteſtate Eccleſiaſtica & ſpirituali. Talem non habet Magiſtratus Ciuilis; vti probauimus in Symbolo Lutherano pag. 47. Ergo ab huiuſmodi Magiſtratu Lutherus non poteſt probare Vocationem ſuam Ordinariam.

K

nariam. Ergo tenetur MIRACVLA promere, quæ idcircò ab ipſo iure exigimus, vt ſe à Deo miſſum eſſe *immediatè*, demonſtret. Hæc generatim ad ſecundum Effugium. Nunc ſpeciatim ad ſingula reſpondeamus.

*Ad I. dico*, ſi ſuam doctrinam Apoſtolicam eſſe ſolidè probauerint Aduerſarij, eos à nobis in cælum magnis laudibus extollendos? Ecquando autem id præſtaturi ſunt?

*Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor,*
*Iunctaq́ cum Luna lumina ſolis erunt.*

Multos clamores, hucusq; audiuimus; efficax argumentum nullum audiuimus. Non ſatis eſt ſcripturas magno numero ingeminare. Eam artem Diabolus quoq; callet; & omnes Hæretici: Legitimus ſenſus probandi vim habet, non ſola ſcripturæ verba. Legitimus autem non eſt, quem quiſq; ſibi producit; ſed quē legitimum ſemper iudicauit Eccleſia.

qua

Digitized by Google

quæ eſt *columna & firmamentum veritatis*; quæ (vti Lutherus ipſe ſcripſit) *non poteſt mentiri, ſicuti nec Deus: cum os Dei ſit os Eccleſiæ.* Quare cum Lutherani hucusq; doctrinam Lutheri eſſe Apoſtolicam Scripturis non niſi damnato ab Eccleſia ſenſu vſurpatis probarint, nihil probâſſe cenſendi ſunt.

Lutherus Tomo 7. Ger. VVitt. ſol 562. a. vide ſuperius pag. 30.

*Ad II. dico*, falſum id eſſe. Nam Christus apud Ioannem non ſolum Apoſtolis, ſed & alijs in ipſum credituris, vti contextus clariſſimè docet, promiſit. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.* Quæ promiſſio cum careat reſtrictione tàm temporis, quàm perſonarum, neq; tamen ſingulis fidelibus in actu 2. accommodari poſſit, ſaltem in aliquibus de Eccleſia omni tempore locum habeat oportet, quoties id par neceſſitas poſtulabit. Neceſſitas autem poſtulat etiam poſtremis hiſce ſæculis, vt quando noua & inaudita ſunt, quæ ſupra naturam credenda proponuntur, nouis quoq; &

Ioan. 14. v. 12.

ſupernaturalibus ſignis atq; effectibus credibilia reddantur, præſertim ſi ab eo proponantur, qui ordinaria vocatione eſt deſtitutus. Tunc enim veriſſimum eſt illud S. Gregorij; *Adiuncta ſunt prædicatoribus ſanctis miracula, vt fidem verbis daret virtus oſtenſa; & NOVA facerent, qui NOVA prædicarent.* Id quod ſupra quoq; Melanchthon agnouit; nec non ipſe Lutherus de ſeruo arbitrio, dum ait. *Deus ſua dogmata miraculis confirmare ſolet, nullo reſpectu carnalis ſæculi.*

S. Gregorius Homil. 4 in Euangelia.

Melancht. in c. 3. Matth. Tomo 1. Lat. VVitt. fol. 470.

Deinde nonne in Apocalypſi Deus clarè promiſit Eccleſiæ, etiam extremis Antichriſti temporibus poteſtatem patrandi pro vera fide miracula? *Dabo* (inquit) *duobus teſtibus meis & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis, &c. & ſi quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum; & ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi. Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ eorum: & poteſtatem*

Apocalypſis 11. v. 3. & ſeqq.

*tem habent ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga, quotieſcunq; voluerint, &c.* Quid clarius? Quæ ergo impudentia eſt, dicere, Eccleſiæ nihil tale promiſſum eſſe? Scio ex aduerſarijs nonnullos intelligere per hos duos teſtes Apocalypticos Huſſum, Hieronymum Pragenſem, Lutherum, &c. ſed ſibiipſis tales aduerſantur. Si enim verum id eſſet, nonne eo maiori iure ab eis poſtularemus miracula? & quidem ea ipſa, quæ hîc exprimuntur? Vbi autem Lutherus, vbi Huſſus talia patrauit miracula? Heilb. vol. acath. pag. 348.

*Ad III. Dico* miracula alia vera & diuina, alia falſa eſſe & Diabolica. Illa ſunt certiſſima teſtimonia ſolius veritatis, in cuius confirmationem fiunt; non item iſta. Iſta perpetrantur à Pſeudoapoſtolis, non item illa. Quare aut ſumma malitia, aut ſumma inſcitia eſt prædicantium *Lutheranorum*, quando ex admonitione Chriſti Matth. 24. de cauendis

falſis miraculis, inferunt vniuerſim omnia miracula eſſe repudianda. Nonne etiam Chriſtus iuſſit à falſa doctrina, & à falſis Doctoribus cauere? An ideò vniuerſim omnis doctrina, & omnes Doctores ab Eccleſia ſunt exturbandi? Temulenta profectò eſſet illatio. Et tamen ſic iſti ratiocinantur. Nam nobis vera legitimaq; miracula pro fide Lutherana poſtulantibus, aut pro fide Catholica allegantibus, reſpondent; Chriſtus dixit miracula à Pſeudoprophetis fieri: ergo nihil poteſt certi per vlla miracula probari. O bruta conſequentia? Eſto miracula à Pſeudoprophetis fieri Chriſtus dixerit; miracula tamen alia non intellexit, quàm falſa & diabolica; num idcirco negauit fieri diuina & vera miracula à legitimis Prophetis? Videte, quomodo Lutherani ſcripturas tractent. Sanè ſi vniuerſim nullam probandi vim habent miracula, fruſtra Moyſes, fruſtra Elias, fruſtra Chriſtus, fruſtra Apoſtoli in robur & teſtifi-

Matth. 16

teſtificationem prædicationis ſuæ patrarunt miracula. Cur ita? Quia quilibet occinere illis poterat prædicanticum iſtum cocciſmum: *Miracula non ſunt ſolius veræ Religionis teſtimonium: ſed poſſunt etiam à falſis prophetis fieri. Ergo per miracula non efficimur certi de vera prædicatione.* Num placet vobis iſta obiectio? Nonne hîc mihi reſpondebitis, Pſeudoprophetas falſa & ſpuria tantummodo miracula patrare, qualia à Diabolo fieri poſſunt; Chriſtum autem & Apoſtolos vera, ſolida & diuina patraſſe miracula, quæ non niſi ab eo proueniunt, *Qui facit mirabilia magna ſolus?* Hoc ergo veriſſimum reſponſum à nobis quoq; contra leuiſſimam veſtram obiectionem accipite. Pſalmo 135. v. 4.

Porrò non eſt adeò difficilè vera à falſis, ſpuria à legitimis miraculis diiudicare; ſi 1. opus ipſum; ſi 2. operans; ſi 3. operandi modus; ſi 4. finis operis diligenter inſpiciatur; quemadmodum nos ſuperiùs Lutheri miraculum in iuſti iudicij bilance libra- Quæ obſeruanda, vt vera à falſis miraculis dignoſcantur.

 uimus

uimus & examinauimus. Semper e-
nim Deus eſt fortior Diabolo; & ve-
ritas potentior falſitate. Quare licet
noñunquam Pſeudoprophetæ, operâ
Dæmonis aliqua mira efficiant, tan-
dem tamen deprehenditur fraus, &
mendacia ſigna maioribus & certio-
ribus prodigijs Deus opprimit & eli-
dit; vt in Exodo videmus accidiſſe;
vbi Moyſes fucatis Magorum mira-
culis ita laruam detraxit, vt demùm
& ipſi in has voces erumperent: *Digi-*
*tus Dei eſt hîc.* In quo multo magis in-
genui fuêre, quàm *L*utherani prædi-
cantes, qui luculentiſſima & teſtatiſſi-
ma Eccleſiæ Catholicæ miracula, non
niſi impudenti ore calumniantur.

Exodi 8. v. 19.

Sane credibile non eſt Deum pro
ſua immenſa erga nos charitate per-
mittere, vt quis in articulis ad ſalutem
neceſſarijs, falſo miraculo decipiatur,
niſi vel negligens ſit in eo examinan-
do, vel deditâ opera malitioſè nolit
examinare; talibus enim iuſtè *Deus*
*mittit* (id eſt, permittit) *operationem*
*erro-*

Dei bonitas non ſinit homines ſuæ ſalutis non negligentes decipi falſis miraculis in rebus fidei.

*erroris, vt credant mendacio*, quemadmodum D. Paulus ad Theſſalonicenſes teſtatur. 2. Theſſal. 2. 5. 11.

*Ad IV. dico* Chriſtum monuiſſe citato loco Matthæi, ne vltimis temporibus crederemus propter ſigna & prodigia falſa, ſpuria, & diabolica, cuiusmodi illud eſſe monſtrauimus, quod *L*uthero vaniſſimè attribuunt Aduerſarij; non autem monuiſſe, vt vera diuinaq; miracula reijceremus.

*Ad V. dico I.* *L*utheranos eſſe lepidos homines. Quando in Apocalypſi inueniunt, quod putant ſuis vſibus ſeruire, mox clamant intrepidè: *Apoſtolica, Apoſtolica* ſcripta: quando verò eſt, quod illos vrit, tum Canonicum eſſe librum aut timidè concedunt, aut omninò negant cum *L*uthero ſuo, *cuius ſpiritus cum hoc libro conſpirare non potuit.* Quomodo ergo Spiritus Apocalypticus cum *L*uthero conſpirare potuiſſet? Cæterùm ipſa

Apocal. 14. v. 6. vaticinia, quæ iactant, audiamus. Sic ſcribit Ioannes 14. capite. *Et vidi alterum angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam & populum dicens magna voce. Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adorate eum qui fecit cælum & terram, &c.* Et rursùm cap. 18. *Et poſt hæc vidi alium angelum deſcen-*
Apocal. 18. v. 1. *dentem de cælo, habentem poteſtatem magnam, & terra illuminata eſt à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicens. Cecidit, cecidit Babylon magna, &c* His duobus locis aiunt *L*utheriſtæ clariſſimè velut in cryſtallino ſpeculo, deſcribi & repræſentari *L*utherum; & qui hoc non videat, eum collirio pro oculis indigere. Sed falluntur miſeri, & cæcutiunt ipſi, qui alios cæcos arbitrantur.

Nam, vt de priore Angelo priùs agamus, habuit is PRIMO *Euangelium æternum*. Euangelium verò Lutheri mi-

nimè

nimè eſt *æternum*: tum quia ipſe *Lu*therus ob ſummam inconſtantiam id ſæpiſſimè in aliam formam tranſmutauit, vt Argumento 2. monſtrauimus: tum quia pænè adhuc viuo Luthero, à diſcipulis illius in nouas ſectas identidem degenerantibus ita fuit adulteratum, vt inter eos, qui ſe *L*utheranos appellitabant, pauci reperirentur verè *L*utherani; quemadmodum etiam Ioannes Aurifaber conqueſtus eſt in præfatione Colloquiorũ Conuiualium, vbi ait, perſpicilijs acutis opus eſſe illi, qui cupiat Lutheranam doctrinam integram & ſinceram inuenire: tùm quia ipſemet *L*utherus non agnouit ſuum Euangelium fore æternum. Sic enim ſcribit in comment. ad Galatas. *Ego profectò malè metuo, ne poſt obitum meum doctrina hæc* (de iuſtificatione per ſolam fidem) *rursùs intereat*. & alibi. *Si mundus adhuc aliquantulum ſteterit, videbitis puram & veram Chriſti cognitionem rursùm funditùs perire.* Et iterum *Cum rursùm*

Euangeliũ Lutheri nõ fuit æternum.

Tom. 1. Ger. VVitt. in cap. 3. ad Galat. fol. 183. b. §. 3. Tom. 2. Ger. Isleb. in comment. Exodi 18. fol. 387.

*rurſùm res eò redierit (ſicuti futurum ſæpè ſum vaticinatus, & vereor ne prophetia mea nimis citò impleatur) vt homines eiuſmodi, velut Papa & Epiſcopi, rerum potiantur, iam penitùs ſublatum erit, & conculcatum Euangeliū, & actum de prædicantibus in perpetuum.* Igitur Lutheri Euangelium non eſt illud *Euangelium æternum*, quod Angelus Apocalypticus dicitur hominibus añunciare.

Lutherus non docuit timere Deum. Vide, ſuperiùs fol. 98. & 99. Lutherus ſuper cap. 5. ad Gal.

SECVNDO Angelus ille docuit mortales *Timere Deum, & iudicium Dei.* Lutherus è contrario docuit; *Si tibi in mentē veniat Chriſtum eſſe iudicem, qui Legem doceat, & tibi ſuccenſeat, ac te in examen vocaturus ſit de anteacta vita, pro certo iudica non eſſe Chriſtum, ſed ipſiſſimum furibundum Diabolum.* Taceo alia Lutheri dogmata, quæ ſupra retuli, quæ omnia fræna timoris Dei plurimum relaxabant.

TERTIO ille Angelus Euangelizauit *ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum.* Lutheri verò Euangelium exiguum orbis angulum occupa-

occupauit, ita vt tota Africa, Aſia, America illius ſit expers. In Europa etiam Gallia, Italia, Hiſpania, Vngaria, Anglia, Polonia & magna Germaniæ pars *Lutherum* execratur: quod deplorat ipſemet *Lutherus* in Colloquijs Iſlebienſibus titulo de Nouiſſimo die.

LVTHERVS non docuit omnes gentes.

fol. 465. b.

QVARTO. Angelus ille dedit honorem Deo. *Lutherus* ſubtraxit honorem Deo. 1. quia aſſeruit cum Melanchthone mala Deum non tantùm permittere, ſed etiam *facere: adulterium Dauidis eſſe proprium opus Dei, ſicut eſt conuerſio S. Pauli: &* plura quæ ſupra retulimus. 2. quia negauit Chriſtum in Euchariſtia honorandum. 3. quia ſuſtulit ſacrificium altaris, quo Deo immaculata quotidie hoſtia offerebatur. 4. quia VOTA in Dei honorem nuncupata & violauit ipſe turpiter, & alios plurimos ad eadem violanda eſt adhortatus. Quis ergo, niſi inſanus credat, per illum priorem Angelum *Lutherum* deſignari?

Lutherus ſubtraxit honorem Deo.

Argumento. 2.

*Alte-*

*Alterum vaticinium* Apocalypticũ nihilo plus habet conformitatis cum *L*uthero, quàm quadratũ habeat cum circulo. Nam I. Angelus ille *de cælo deſcendit*. *L*utherus contrà ex Inferorum faucibus aſcendit; ſiue quia ab Orci Magiſtro ( vt alibi docuimus ) præcipuam ſuam doctrinam hauſit; ſiue quia in omnibus ſuis ſcriptis tam petulans conuiciator, tamq; fœdus ſcurra fuit, vt ferè nulla pagina ſit, quam honeſtiores oculi ſine rubore legere poſſint, adeò omnia criminationibus, ſarcaſmis, ſtercoribus, meretricibus, porcis, Diabolis & Diabolorũ excrementis contaminauit: quæ ſanè maledicentia & ſcurrilitas vt Plautini vel Terentiani Paraſiti certum argumentum eſt, ita ab Angelo cœleſti longè eſt alieniſſima. II. Angelus ille habuit poteſtatem magnã à Deo, à quo miſſus erat. *L*utherus legitima vocatione deſtitutus, nullam habuit à Deo poteſtatẽ. III. Angelus ille terram

In Symbolo Lùtherano fol. 54.

ram illuminauit gloria ſua. *L*utherus glorioſiſſimam Germaniam indelebili macula dedecorauit. IV. Angelus ille caſum & ruinam *Babylonis magnæ* denunciauit. *L*utherus Babylonem, id eſt, errorum & ſectarum confuſionem non modò nõ ſublatã indicauit, ſed etiã tanquam peritus Architectus egregiè promouit, & noua ei fulcra ſubiecit. Procul igitur à verò eſt *L*utherum per illum Angelum deſignari.

*Ad fabulam* illam de Monachi ſtatua, cui inſcriptum fuerit LVTERI nomen, duo reſpondeo. I. Commiſeratione dignam eſſe Lutheranorum cæcitatem, qui Sanctis Auguſtino, Ambroſio, Nazianzeno & alijs grauiſſimis antiquis Patribus teſtatiſſima miracula pro fide Catholica narrantibus, omnem fidem abrogant; ex aduerſo autem, quando de Chimicorum furnulis carboniperda, aut Magus aliquis ex ſuâ fornaculâ, quidpiam eliquat, quod vel in ſpeciem Fabula de Monachi ſtatua.

poſſit

poſſit Lutheranam cauſam colorare, id confeſtim pro auro Arabico, pro oraculo Delphico habendum exclamant. Pauperes profectò eſtis Lutherani, & anguſta domi res vobis eſt, quādo à fumoſo hoc Paracelſo fumos pro ſtabilienda veſtra fide emitis. Vultis ſcire quis Theopraſtus ille fuerit Audite Thomam Eraſtum celeberrimum Medicum. *Theophraſtus*, inquit, *Paracelſus noſtro tempore vixit, qui veterum omnium placitis contemptis multa noua in artem Medicam inducere conatus eſt: & Medicinam per diuerſas Heluetiæ, Germaniæ & Poloniæ regiones vagabundus exercuit, dum pecuniâ careret: quâ modicâ acquiſita, vino & ludis deditus (vt conſtans fama eſt) nemini medebatur. Dæmone vtebatur familiari, vt ex eius diſcipulo audiui: vir natura & eloquentia, quàm litteris & ſtudio doctior: prorsùs inconſtans; nunc Theologus, nunc Medicus, nunc Magus, ſæpè compotator & aleator inter ruſticos.* Hæc ille. Videtis qualem teſtem produxeritis ô Lutherani!

Thomas Eraſtus ad calcem Diſputationū de medicina noua Philippi Paracelſi.

ni! miſeret me profectò veſtri teſtimonij, quod quia inter fumos natum, meritò in leuiſſimam auram abire iubemus.

II. Faciamus repertam eſſe talem ſtatuam, illiusq́; inſcriptione LVTERVM denotatum, an ideò dicendum eſt Lutherum à Deo vocatum Apoſtolum fuiſſe? Etiam Alphabetici pueri videant, quàm malè cohæreat edentula & elumbis hæc conſequentia. Quaſi verò non etiam de facinoroſis & improbis aliqua futura prædici queant? Annon luculenta extant in Scripturis de Iuda proditore, item de Antichriſto vaticinia? An Arius propterea vel hilo melior fuit, quia de eius furore Erythræa Sibylla tot ſęculis ante vaticinata eſt, vti teſtatur Conſtantinus M. in epiſtola ad Arium? Quid igitur Lutherum iuuat iſthæc Paracelſiſtica prænuntiatio?

*Ad HVSSI prophetiam dico I.* Quis ſcit, an in mentem aut

L linguam

linguam vnquam Huſſo venerit, quod tacentibus alijs, primùm ſoli Huſſitæ, ac poſtea Lutherus & Lutherani iactarunt vaticinium? Nobis noſtra referentibus nihil fidei tribuunt Aduerſarij, & nos ipſis de ſe omnia, quaſi de Tripode dicta ſint, credamus? ſi ergo negemus hæc ab Huſſo prolata, ex qua Apocalypſi id probabunt Lutherani? II. Sit vaticinatus anſer ille (vel Vulpanſer potiùs) de aliquo ſub ſecuturo Pontificis & Eccleſiæ Catholicæ hoſte, vnde Lutheranis conſtat eum de Luthero, & non de Caroliſtadio, Zvvinglio, aut Caluino locutum? Vel enim ad amuſſim obſeruanda eſt temporis ratio indicata ab Huſſo, vel non; ſi prius; ergo non eſt de Luthero vaticinatus; quia à vaticinio vſq; ad Lutherum, plures quàm 100. anni ſunt elapſi; ſi poſterius; potuit vaticinium æquè de alio ſectario intelligi, atq; de Luthero. Nam etſi paulò tardiùs Caluinus, & Zvvinglius arma in Papam corripuerint, ſciendū

tamen

tamen eſt à talibus prophetis chronologiam non ſemper acu tangi. III. Quid ſi hæc prædictio nec dum impleta ſit? nam ſi vel hodie nouus Hæreſiarcha ſurgeret, verum eſſet dicere, eum poſt centum annos elapſos à combuſto Huſſo ſurrexiſſe; quandoquidem ille non ante ſurrexiſſet. Annon igitur ſibi quoq; poſſet hoc vaticinium arrogare? IV. Nihil facilius eſt, quàm ſic vaticinari. Quis enim neſcit in Eccleſia ſemper oportere hæreſes eſſe? Prædicere ergo ita generatim fore, vt poſt vnius ſæculi decurſum nebulonum aliquis cornua obuertat Romano Pontifici, & in Eccleſiam peſtilenti ſuâ doctrinâ impetum faciat, non improbabiliter etiam ruſticus potuiſſet, præſertim ſi prædictionem ad certum annum non alligaſſet. V. Eſto etiam *in indiuiduo* Lutherum deſignauerit Huſſus, an ideò Lutherus non eſt hæreticus, quia alius hæreticus ſiue Dei, ſiue Dæmonis inſtinctu eius aduentum prænunciauit?

nunciauit? Pudere igitur prædicantes huius vaticinij deberet, ſi non omnem pudorem pridem cum pudicitiâ abiecissent.

*Porrò non Cygnum, ſed Porcum* potiùs Lutherum appellandum eſſe, vel ex eo diſcas, quòd non modò plenus fuit *Cacodæmone*, ſed etiã *Cacadæmone*; cuius canor (erubeſco ſcribere) nihil ferè aliud fuit, quàm fætor, pedor, ſtercus, oletũ, latrina, lupanar, hara, & id genus alia Islebica aromata, quę paſſim reperies illius libris copiosè aſperſa, inſperſa, & ſuperſperſa. Quod ſi cauſam quæras, cur propheta iſte ſemper in ore, in manu, in calamo, ſordes & ſtercora habuerit, ijsq; chartam, menſam, & ſuggeſtũ etiam conſpurcauerit, illam appoſitè cum viro quodam doctiſſimo aſſignaueris, quòd Lutherus perpetim durâ aluo laborauerit, vnde factum eſt, vt quod infernè eijcere non potuit, de fæcundo ventris ſui torculari eructaret ſupernè,

Digitized by Google

pernè,eoq́; tam odorato imbre vniuerſam ſuam doctrinam perplueret. Sanè de hoc morbo ſic queſtus eſt ipſe Lutherus in epiſtola ad Spalatinum. *Durities digeſtionis meæ, vt video, perpetua erit, ſemper lenienda remedijs. Quarto,imò quinto ferè die ſemel ſeceſſum habeo.* & ad Philippum ſuum. *Dominus percuſſit me in poſteriora* (inquit) *graui dolore. Tam dura ſunt excrementa, vt multa vi usq́; ad ſudorem extrudere cogar,&c.* Hæc ille: Ergo quod nō poterat Lutherus inferiore gutture, hoc abundantiſſimè præſtitit ſuperiore; ſordesq́; ſordidiſſimas ſine menſura, ſine difficultate expuit & eiectauit, maximâ oris laxitate. Non eſt igitur, cur Ieſuitas deinceps *Suitas* vocitent prædicantes, ab illo enim Islebico *Sue* longè rectiùs poſſunt ipſimet hoc nomine cohoneſtari Pudet referre plura, ſed cogit impudentia aduerſariorum, qui ſpurciſſimum hunc *porcum* in candidiſſimum *cycnum* conantur transformare. Ita is ſcribit ad Iuſtum

Luth. tom. 1. epiſt. 420

Epiſt. 226.

Ionam in epiſtola quadam: *Salutabis tuum Dictatiue multis baſiis, vice mea & Ioanelli mei, qui hodie didicit flexis poplitibus in omnem angulum cacare; imò cacauit verè in omnem angulum miro negotio; alioqui plura ad te mandaſſet, ſi otium illi fuiſſet. mox enim balneatus dormitum abiuit. mirari deſines, quod de cacando ſcribo; aliàs ſcribo de aliis.* Iudicet æquus Lector, num iſthæc cygnea cantio ſit, an ſuilla? Multa alia huius toni, quæ cecinit, vel gruñijt potiùs Lutherus, inuenies in M. Iacobi Andreæ libellis, præſertim in eo, quem cygneum & mundum (den Schwaniſchen / vel Schweiniſchen / vnnd Saubern Luther) inſcripſit. Eant nunc prædicantes, & ſua vaticinia iactent.

Lutherus epiſt. ad Iuſtum Ionã tom. 2. epiſtolarum.

Pfui! Quis vnquam in vllo Apoſtolico aut prophetico ſcripto tales ſordes legit?

Videat lector iucundum & eruditum cõmentariolũ Iacobi Gretſeri in duos nummos Lutheranorum.

*Ex his* indubiè colligitur, quid quoq; ſit de *Diuinitate Lutherica doctrinæ* ſentiendum. Diuinum non eſt, quod porcinum eſt, quod impium eſt, quod hæreticum eſt; talem fuiſſe *Lutheri* doctrinam ſupra oſtendimus. Cum canone verò Apoſtolico non aliter

Reſpondetur ad reliquas ſecundi Effugii obiectiones.

aliter conuenit, quàm cappa prædicantica cum pileo Ieſuitico. Quòd verò de improuiſo *Lutherus* eruperit ad prædicandum Euangelium ſuum, & abducendos homines à Papatu, plus mirabilitatis non habet, quàm cum è latibulo ſuo latrones inexpectatò proſiliunt ad trucidandos viatores. Quòd autem è maximis difficultatibus, laboribusq́; incolumis ouaſerit, hoc ei cum multis aliis hæreticis fuit commune, vt & donum linguarum. Nouit optimus & iuſtiſſimus Deus, quare permittat malos ſæpè impunè graſſari in Eccleſiam ſuam. Quanta verò dexteritas illius fuerit non tam in vertendis, quàm veteratoriè peruertendis Scripturis, plùs ſatis ſupra vidimus, & ideò meritò exclamauimus. *Non à Domino*, ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

## TERTIVM EFFVGIVM ADVERSARIORVM.

*TERTIO aiunt Lutherum quidem titubanter nonnihil primis ſuæ Reformationis annis, quibus adhuc altè fuerit tenebris papiſticis immerſus, de quibuſdam ſuæ doctrinæ capitibus locutum; progrediente tamen tempore in eodem veſtigio conſtantem ac firmum perſtitiſſe. Deinde à Catholicis aliquas contradictiones Luthero obijci, quæ contradictiones nequaquam ſint; huiuſmodi & illam eſſe, quæ ſupra Argumento 2. refertur de Eccleſiæ infallibilitate. nam pag. 29. eum agere de Eccleſia* viſibili; *pag. 30. verò de* inuiſibili, *quæ ſibi minimè aduerſantur.*

Ri-

RESPONDEO I. Aduerſarios ex Luthero ridiculum Prophetam & Euangeliſtam efficere, dum dicunt eum primis annis à S. Spiritu non ſatis exaſciatum & dedolatum fuiſſe. Quaſi verò hîc mos ſit ſupremi Numinis, vt eum, quem tanquam *nouum Euangeliſtam & Religionis Ducem* in Mundum Reformandæ fidei cauſa immediatè & extraordinariè mittit, ipſo Reformationis tempore permittat noxijs erroribus per inuia & auia circumduci, veraq́; ſimul cum falſis tradere ac docere. Annon hoc cederet in ſummam ignominiam ſummæ illius Veritatis, cuius nomine atq́; auctoritate munitus in publicum Reformator ille prodijſſet? Certè nullam meretur fidem etiam vera dicendo, qui falſa veris adglomerat, quantumuis audiat Propheta, Apoſtolus, aut Euangeliſta. Quis namq́; Sancto Matthæo de Chriſto paſſo fidem haberet, ſi de Chriſto nato vel minimam falſitatem protuliſſet? Quis Diuo Paulo in

Aduarſarii malè Lutherum defendunt.

vna Epiſtola credulas aures daret, ſi in alia, quam etiam diuerſo ſcripſit tempore, mendacium deprehendiſſet? Cum ergo Lutherus ſe Euangeliſtam & Eccleſiaſten Chriſti & eſſe, & nominari à Chriſto gloriatus ſit, nihil magis Luthero aduerſum dici potuit, quàm eum in principio, hoc eſt in ſummo calore ſuæ Reformationis, adhuc erroribus fidei laboraſſe.

Nil differt verus Apoſtolus à falſo, ſi etiam errare poteſt.

Aut quod nobis Aduerſarij diſcrimen dabunt inter germanum Chriſti Apoſtolum & Euangeliſtam, & inter Pſeudoapoſtolum & Euangeliſtam diaboli, ſi ille non minùs, quàm iſte, poteſt in fundamentali doctrina fidei (etiam dum fungitur Apoſtoli munere) eſſe variabilis & inconſtans? ſi alio alioq; tēpore ſui Apoſtolatus colores mutare, & contraria inter ſe dogmata tradere? Neq; vlla reddi probabilis cauſa poteſt, cur in principio eiuſmodi extraordinariæ Reformationis minùs neceſſaria ſit falli neſcia authoritas Reformatoris, quàm in medio,

aut

aut fine. Quin potiùs in exordio orationis quàm maximè requiritur veritas; alioqui cui non cætera omnia ſint ſuſpecta? iuxta notiſſimum ipſius *Lutheri* oraculum: *Qui vel ſemel mentitur, profectò ex Deo non eſt, ſed ſuſpectus in omnibus.* Sanè cum Carolſtadius & eius aſſeclæ dicerent, ſe principio à Spiritu S. non ſatis illuminatos fuiſſe, nec caſsâ nuce dignam Lutherus cenſuit excuſationem. *Diabolus eſt,* inquit, *qui ita occultè ſe inſinuat, & excuſat, eo quod initio Spiritum non ſatis fortem habuerit. Dei Spiritus hac excuſatione nō vtitur.* cur ergo Lutherani hac tam calua excuſatione vtũtur? Aut igitur falſiſſima eſt Aduerſariorũ reſponſio, quâ dicũt Lutherũ primordio ſuæ Reformationis non ſtatim ad oſſa & medullam vsq; cæleſtis veritatis lumine fuiſſe irradiatum; aut turpiſſimè Lutherus mentitus eſt, quando ſe Euangeliſtam & Eccleſiaſten Christi prædicauit. Vtrumuis conceſſerint *Lutheriſtæ*, causâ ceciderunt. Tom. 2. ful. 30. b.

VVir-

Notanda obiectio VVirtenbergenſiũ Theologorum In libro aduerſus Anatomiam Lutheri à Piſtorio editam. fol. 5. 6. 7. 8.

VVirtenbergenſes Theologi huic nodo cuneũ conãtur quęrere. Dicunt enim duplices eſſe Prophetas: alios maiorum gentiũ, alios minorũ. Prioris generis fuiſſe Moyſen, Samuelem, Eliam, Ieremiam, & Apoſtolos Spiritu Sancto illuſtratos; qui licet in moribus errarint, non tamen in doctrina. Poſterioris verò generis fuiſſe eos Prophetas, quorum S. Paulus in Epiſtola 1. ad Corinthios cap. 14. faciat mentionem. qui in interpretanda ſcriptura non ſemper rem acu tetigerunt.

Reſponſio.

Sed laterem lauant VVirtenbergenſes. Nam I. Luthero ipſi contradicunt, qui ſe *Euangeliſtam*, & *Eccleſiaſten* Chriſti à Chriſto ipſo nominari dixit: quod eſt indiciũ maioris dignitatis, quàm cõueniat illis *Paruis* Prophetis. II. Minores illi Prophetę, de quibus agit Paulus, in ijs, quæ ad *eſſentiam* fidei ſpectant, non errabant interpretando ſcripturam, nec ſibi inuicẽ contradicebãt; aliàs Prophetæ Diaboli fuiſſent, nõ Dei; cũ Dei Spiritus in eſſentiali-

tialibus fidei ſecum pugnantia inſpi-
rare non poſſit. At Lutherus in *eſſen-
tialibus* fidei errauit, variauit, & ſibi cō-
tradixit, vt ſupra vidimus de libero
arbitrio, &c. Ergo non fuit de illorum
Prophetarum numero.

III. Prophetæ illi minores erant
maioribus ſubditi, & eorum iudicio
atque cenſuræ ſubiecti; vt fatentur ipſi
VVirtebergenſes fol. 7. *Lutherus* ſuā
doctrinam à nemine, ne ab Angelis
quidem cenſeri voluit, quemadmodū
ſcripſit in reſponſo ad Angliæ Regem;
imò etiam ipſos Angelos per ſuam do-
ctrinam dixit iudicandos.

IV. Alii *Lutherani* paſſim Luthe-
rum nominibus maximorum Prophe-
tarum exornant, eumq; *tertium Eliam*,
*alterum Ioannem Baptiſtam, Prophetam,
potentem in opere & ſermone, verum Pau-
lum, Deum Theologorum, reformatorem
orbis, os Chriſti* appellant; quæ omnia ſi-
gnificant *Lutherum* nequaquam in-
ferioris ſubſellii Prophetam fuiſſe. Si
enim Moyſes & Elias in cenſum ma-
iorum

Alii Lutherani VVirtenbergenſibus contradicunt.

Vide Symbolum Lutheranum fol. 90. & Altenburgenſe Colloquium fol. 404.

iorum Prophetarum veniunt, quorũ ille duntaxat ceremonialem legem à Deo acceptam tradidit vni genti; iſte verò continendis paucorum animis in flagrante Iezabelis idololatria delectus eſt; quantò magis Lutherus hoc honore dignus eſt, qui (aduerſariorũ ſententiâ) gratię legem à Chriſto conditam, & temporum vitio ab omnibus publicè Eccleſiis repudiatam toti orbi reddere debuit? Igitur maior Propheta Moyſe fuit & Elia; quandoquidem ad eam prouinciam eſt deſtinatus, quâ maiorem nemo hominũ ante & poſt Chriſtum ſortitus eſt. Sanè *L*utheranus Franzius in 2. Concione de Iubilæo *L*utherano habita in templo arcis VVitebergenſis diſertè ait, *L*utherum tantum terrarum luce ſui Euangelii irradiaſſe, quantum vnus è duodecim *A*poſtolis, ſi mundum in 12. partes diuiſiſſent; & quidem æquali celeritate, aut maiori. Ergo apoſtolis par fuit; adeoq; iure ab illo in doctrina conſtantiam, & prærogatiuam veritatis

In 2. parte concionis anno 1617. pag. 214. Notetur Lutherana Hyperbole.

tis infallibilis poſtulamus.

RESPONDEO II. Hoc ipſum, quod *Lutherus* ſaltem primis annis; inconſtans fuerit, & grauiter in multis errauerit, ſatis eſſe ad funditùs euertẽdum illud tam celeris propagationis miraculum; quandoquidem eo ipſo tempore *Lutheraniſmus* maxima accepit incrementa. Non poteſt autem fieri, vt Deus contrariam ſibi ipſi doctrinam prodigioſo ſigno confirmet.

RESPONDEO III. Fieri quidem poſſe, vt aliqua ſubinde verba alio ſenſu ſint à Luthero prolata, quàm à nonnullis Catholicis allegantur; cum conſtet eum in multis fuiſſe etiam Meduſeis ſerpentibus magis lubricũ & ſinuoſum, more omnium Hæreſiarcharũ; In eo tamen illi nullam iniuriã irrogari. Fas enim nobis eſt eodem contra Lutherum iure vti, quo ille contra alios vtendum ſanxit; nimirum *Verba ſuſpecta hoſtium contra ipſos interpretanda eſſe*. Aut monſtrent nobis privilegium Cæſaris *Lutheriſtæ*, quo ipſi

Contra Eraſmum ſupra pag. 67.

ipſi fiant ab hac lege eximij? Eſto autem vna atq; altera contradictio, quæ illi obijcitur, non ſit reipsâ vera contradictio, plurimæ tamen aliæ tam veræ contradictiones ſunt, vt illas nullus Tubingenſis dealbator, etiamſi totus, Oceanus fidelia foret, dealbare poſſit. Sanè ſi vel vnica vera contradictio in *L*uthero oſtẽdatur, iam ſuamet ſententia *L*utherus damnatus eſt. Sic enim ſcribit. *Si vel ſemel ita falſus, mentitus ac craſsè deceptus deprehenderer, actũ eſſet de omni mea doctrina, honore & fide. Omnes me pro nebulone peſſimo ac tenebrione meritò haberent.* Itaq; omnes hîc vnanimi ore dicant, *Amen. Fiat, fiat.* Quia non ſemel tantùm, ſed ſępiſſime eſt mentitus Iſlebicus Propheta. Porrò Lutherum ſupra pag. 30. de Eccleſia viſibili locutum adeoq; ſibi verè contradixiſſe, ex ipſis verbis eſt euidens. Nam 1. ait. *Eccleſia nec debet, nec poteſt mendacia & errores docere &c.* Item, *Eccleſia meriſsimum Dei Verbum debet docere, & quî poſſet aliud fieri? Cum*

Tom. 7. Ger. VVitt. fol. 150.

*Os Dei ſit Os Eccleſiæ.* Quæ autem eſt Eccleſia *docens*, niſi Eccleſia, quæ auditur? Eccleſia, quę videtur? Eccleſiam enim latitantem, & omninò incognitā nemo rectè *docentem*, nemo *Os Dei* dixerit; cum prorſus muta ſit, & hoc nomine indigna. Quale enim Os Dei hoc fuerit, quod poſt Chriſtum iam promulgatum per mille & amplius annos publicè obmutuit? quod tanto tempore nuſquam vllū veritatis apertum ſonum per vllos prædicatores edidit? An hoc cum Scriptura conuenit, quæ ait: *Super muros tuos Ieruſalem* (id eſt Eccleſia) *conſtitui cuſtodes, tota die & nocte in PERPETVVM non tacebunt?* Et rurſum. *Fœdus perpetuum feriam eis, & ſcietur in gentibus ſemen eorū. & germen eorum in medio populorum: omnes, qui viderunt eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.* Quod vaticinium Chriſtus ipſe Lucæ 4. v. 18. de ſe & ſua Eccleſia viſibili perpetua explicauit. 2 *Lutherus* de ea Eccleſia loquitur, de qua priùs locutus

Tom. 7. ſer. VVitteb. fol. 562. a. de vera antiqua Eccleſia.

Iſaiæ 62. v. 6.

Iſaiæ 61. v. 9.

M eſt

Digitized by Google

eſt in eod. lib. pag. 553. b. cum eam in duo membra, hoc eſt, veram & falſam diuideret; non enim aliò ſpectat illa diuiſio, quàm vt intelligatur, de qua Eccleſia futurus ſit in reliquis ſermo. Sed prius locutus eſt de Eccleſia viſibili: hinc tantopere ſudauit, vt probaret ſuam Eccleſiam eſſe veram Eccleſiam; idque talibus argumentis, quæ non niſi in Eccleſiam viſibilem quadrant; Ergo & poſtea de Eccleſia viſibili eſt locutus. Aliàs ſtolidiſſimus fuiſſet Lutherus, ſi eo libro probare voluiſſet ſuam Eccleſiam eſſe veram Eccleſiam inuiſibilem. Id enim manifeſtè falſum fuiſſet. Hanc igitur Eccleſiã viſibilem; quam Apoſtolus *columnam & firmamẽtum veritatis* appellauit, Lutherus *non poſſe errores docere*, & *Os Dei eſſe*, intrepidè dixit, id quod tamen alibi negauit: Ergo ſibi verè contradixit.

## QVARTVM EFFVGIVM ADVERSARIORVM.

Quar-

*QVARTO aiunt multa Luthero crimina falsò obiici: Nam I. eum particulam (SOLAM) Apoſtolo inſeruiſſe, quòd eam clarior ſenſus requirat, & Apoſtolus ad Galatas 2. v. 16. ſimili modo loquatur, dum ait.* Homo non iuſtificatur, niſi per fidem: *quæ locutio huic æquiualet*: niſi per ſolam fidem. *2. In illo verſiculo D. Petri omiſſa eſſe hæc verba,* per bona opera, *quòd ea in Græco textu non legantur. Græcũ autem textum, quia purus ſit, impuro Latino eſſe præferendũ. 3. Etiã Epiſtolã S. Iacobi a Luthero nõ ſine ratione à Canone* Ad Rom. 3. 2. Pet. 1. v. 10

M 2 *exclu-*

*excludi. Apocalypſin verè non penitus repudiari.*

Toti orbi nota ſunt mendacia Aduerſariorum de B. M. Roberto Bellarmino.

RESPONDEO, nos non affingere *L*uthero crimina, ſicut aduerſarii affinxere B. Memoriæ Bellarmino, & aliis Catholicis; Argumentis ſolidis fidem aſſertioni noſtræ facimus, non mendaciis. *Dico* igitur I. falſum eſſe, quod ſenſus illius Paulini loci exigat particulam illam SOLAM. Diuus Paulus illic non voluit vniuerſim excludere omnia opera, etiam ex gratia Chriſti facta, (ſicut ea fraudulenter excludit *L*utherus per particulã SOLAM) ſed *Opera Legis* duntaxat, hoc eſt, opera ex vi ſolius naturæ facta. Ergo *L*utherus ſenſum peruertit, non autem clariùs explicauit. Antecedens dudum inuictiſſimis rationib. demonſtrarunt Catholici, partim ex ſcopo illius Epiſtolæ; partim ex aliis Apoſtoli locis, vbi is palàm operibus ex gratia Chriſti factis tribuit iuſtificationem. Igitur ne hoc loco ſibi cõtradicat, neceſſe

Vide Cornelium à

ceſſe eſt eum tantum *de operibus Legis ſine gratia Chriſti factis* loqui. Illa verò locutio ad Galatas, *niſi per fidem*, non æquipollet huic, *per ſolam fidem*, vt patet in exemplo. Rectè dixeris. *Homo non reſpirat, niſi habeat aſperam arteriam.* Falsò dixeris. *Homo reſpirat ſolū per aſperā arteriam ſine pulmonib.* Item rectè dixeris. *Homo non viuit, niſi per cibum alatur*: falsò dixeris. *Homo viuit per ſolum cibum, ſine potu, ſine reſpiratione, &c.* Itaq; intelligit ibi Paulus fidem, prout ea tātùm operibus Legis ſine gratia Chriſti factis opponitur, qualem non intelligit Lutherus in epiſtolam ad Romanos. Ergo nil fauet Luthero Apoſtolus ad Galatas.

Lapide in epiſt. S. Pauli.

*Dico II.* Si Lutherus propter Græcum textum, quem purum cenſuit, omiſit iſta verba, *per bona opera*, cur in pluribus aliis Græcum textum deſeruit? Nam multa è Latino in Germanicum tranſtulit, quæ in aliquibus Græcis non reperiuntur: nonnulla etiam, quæ nullus Græcus Codex habet: vti

Vide Anatomiā Lutheri à Piſtorio editam Tom. 2. azoar. 1. errore 3. fol. 85. 59.



Digitized by Google

egregiè probat Piſtorius in parte 2. Anatomiæ Lutheri. Igitur Luthero non Græcus textus regula interpretandi fuit, ſed propria voluntas. Quid, quod falſum eſt, hęc verba nō reperiri in Græco textu? fatetur enim Robertus Stephanus ſe in tribus exemplaribus Græcis illa legiſſe; & è Græco item citantur à Marco Monacho, qui vixit anno Domini trecenteſimo, vt notat Lorinus noſter in hunc locum. Accedit & illud pro his verbis argumentum, quod, cùm D. Petrus dixiſſet, *Satagite, vt certam vocationem faciatis*; mox addat, *Hæc enim facientes non peccabitis aliquando*. Quænam *hæc*, niſi *bona opera*, quæ paulò antè recenſuit? *abſtinentia*, *patientia, pietas*, *amor fraternitatis*, *charitas*. Denique Græcum textum N. T. purum eſſe, & mendis carere negamus. De eius corruptela queſti ſunt iam olim antiqui Patres, Irenæus lib. 1. adu. hæreſ. c. 29. Tertullianus lib. 5. contra Marcionem. Origen. c. vlt. ad Rom. Dionyſius, aliiq; apud Euſe-

Digitized by Google

Euſebium l. 4 hiſt. Eccl. c. 22. 23. Theodoretus lib. 1. de hæreſ. cap. de Tatiano: idque valde credibile ſit ex eo, quòd apud Græcos potiſſimæ hæreſes antiquæ ortæ ſint, vt Manichæorum, Arianorum, Valentinianorum, Macedonianorum. Proprium autem Hæreticorum eſt deprauare Scripturas, vbi vident eas ſibi aduerſari. Cæterum latinam Bibliorum editionem eſſe impuram, quam facilè ab aduerſariis aſſeritur, tam facile à nobis negatur.

*Dico III.* Ratio, ob quàm Lutherus Epiſtolam S. Iacobi *ſtramineam* vocat, eſt; quòd commendet bona opera, eaque coniũgat fidei, quæ S. Paulus à fide in iuſtificatione ſepararit. Hæc autem ratio nec hilum valet. Nam S. Paulus bona opera in gratia Chriſti facta nuſquam ſeparat à fide in iuſtificatione, ſed ſolùm opera Legis ſine gratiâ Chriſti facta. Sanè Epiſtolam S. Iacobi pro Canonica habuêre Dionyſius Areop. Cyrillus Hieroſ. Athanaſ. Nazianzenus, Hieronymus

Ita vocat Lutherus poſt præfat. in N. T. in Germanicis Bibliis impreſsis Auguſtæ per Siluanũ Otmarum 1523. & Norimbergæ per Fridericum Peypus 1524. & Argentorati 1530 apud Volfg. Köpphl.

cum Concilio *Laodiceno*, Carthagi- nenſi 3. & alijs. Præcipuè memoran- dum eſt illud S. Auguſtini teſtimoni- um. (*Quoniam ergo* (inquit) *hæc opinio* (qualem *Lutherus* de ſola fide docuit) *tum* (id eſt, Apoſtolorum tempore) *fuerat exorta, aliæ Apoſtolicæ epiſtolæ, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ contra eam maximè dirigunt intentionem, vt vehe- menter adſtruant, fidem ſine operibus ni- hil prodeſſe; ſicut etiam ipſe Paulus non quamlibet fidem, quâ in Deum creditur, ſed eam ſalubrem, planeq́ Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione proce- dunt.* Ita S. Auguſtinus ex communi Eccleſiæ ſenſu, Conſcius igitur Lu- therus hâc epiſtola ſe confutari, illam condemnauit, ne ipſe hæreſeos con- uinceretur, vſus illo diabolico hære- ticorum priuilegio, *qui quidquid eſt in Euangelio, vel in Epiſtolis Canonicis, quo adiuuari hæreſin ſuam putent, id eſſe ab Apoſtolis & Chriſto dictum, tenent, atq́ ſuadent. Quidquid autem ex eiſdem codi- cibus aduerſus eos tonuerit, immiſſum ab infal-*

Memorandum teſtimonium *S.* Aug. lib. de fide & operib. c. *14.* vnde patet D. Iacobū non aduerſari D. Paulo.

Priuilegiū Hæreticorum ex S. Auguſtino lib. 22 contra Fauſtū c. *15.*

*inſalſatoribus ore impudenti & ſacrilego non dubitant dicere*; inquit idem S. Auguſtinus.

*Ad Apocalypſin* quod attinet, eam Lutherus 1. nec pro Apoſtolico, nec pro Prophetico libro habuit. 2. Eum librum ſimilẽ videri dixit quarto libro Eſdræ, quem Lutherus alibi fabulis Æſopi comparauit. 3. Nihil diuini Spiritus in eo ſe aduertere. 4. quaſi ſtolidum irridet, quod Beatos prædicet eos, qui ſeruauerit ſcripta in illo libro, cum tamen nemo ſciat, quęnam illa ſint. 5. Spiritum ſuum cum eo libro conſpirare non poſſe. Annon hæc ſunt ſufficientia repudiatæ à Luthero Apocalypſios indicia? Quâ fronte igitur Aduerſarij ex Apocalypſi Luthero vaticinia accommodant? Iudicium Lutheri de Apocalypſi. Refert Tannerus demonſtr. 2. Lutheri, ſeu Anatom. Confeſſ. Aug fol. 57.

## QVINTVM EFFVGIVM. ADVERSARIORVM.

*QVINTO aiunt, ſe non*



Digitized by Google

*ſolum celerem confluxum multorum hominum ad Lutheranam fidem pro miraculo aſſerere, ſed vnà cum confluxu coniungere etiam cauſam confluxus, quæ eſt vis & efficacitas doctrinæ Lutheranæ, quâ ſolâ Lutheraniſmus tã citò ſit promotus. Deinde etiã Phariſæos Chriſto obieciſſe, ꝙ laxaret diſciplinã, & iugũ legũ Moſaicarũ tolleret; & tamen Chriſti fidẽ miraculosè propagatam fuiſſe.*

*Ad iſthæc dico I.* Falſum eſſe quod Lutheraniſmus *ſolius* Lutheranę doctrinæ *vi & efficacitate* tam celeriter propagatus ſit, cum etiam alia acceſſerint adminicula, de quibus nos ſuperiùs egimus; vt ſunt fallaciæ, mendacia, ſacrilegia, libertas atque licentia

tia vitæ, clãgor tubarũ, pulſus tympanorum, deprædatio bonorum Eccleſiaſticorum & ſimilia; niſi hæc ad doctrinam ipſam *L*utheranam ſpectent. Et tunc gratulari ſibi poterunt Aduerſarij, ac nouum Iubilæum inſtituere in honorem tam *efficacis* doctrinæ.

*Dico II.* Reſponsũ Aduerſariorum eſſe ridiculum. Nos petimus, *ſignum* aliquod, *ſeu teſtimonium* diuinum & ſupernaturale, quo ſignificetur *L*utheranam doctrinam eſſe veram, & à SVPREMA VERITATE profectam; illi verò aiunt celerem propagationem vnà cum *efficacitate* ſuæ doctrinæ eſſe hoc *ſignum*. Annon hoc eſt nugari, & *L*uthericam fidem ludibrio exponere? Eſt profectò. Aures arrigite *L*utherani. Quid eſt *vis* & *efficacia* doctrinæ alicuius niſi *veritas* doctrinæ, quâ intellectus ad aſſenſum impellitur & permouetur? Quando ergo *L*utherani *efficaciam* ſuæ doctrinæ pro ſigno ſeu miraculo aſſignant, quo probetur veritas illius doctrinæ, non-

ne nugatoriè veritatem ſuæ doctrinæ probant per veritatem ſuæ doctrinæ, adeoq; per ſeipſam? Equidem *ſignum* ſiue *miraculum* factum ad confirmandam alicuius doctrinæ veritatem, debet eſſe quid diſtinctum ab ipſa doctrina, doctrinæq; veritate, vt patet in miraculis Moyſis, Chriſti, & Apoſtolorũ. Aliud profectò fuit doctrina Chriſti; aliud ſuſcitatio *Lazari*, ſanatio leproſi, claudi &c. Sicut & aliud eſt poteſtas prædicandi veram doctrinam, aliud poteſtas patrandi miracula, quarũ vtrâq; carent prædicantes; vtinam carerent & mentiendi poteſtate!

Vide ſymb. Lutheranũ fol. 72. & ſeqq.
In Poſtill. domeſt Ienæ conc. Dom. 1. Aduent.

*Dico III.* Quanta fuerit *vis* & *efficacia* Lutheranę doctrinę, vel ex hoc Lutheri teſtimonio diſci poſſe. ſic ille. *Mundus ex hac* (mea) *doctrina quotidie redditur deterior Iam homines ſinguli ſeptenis diabolis obſidentur, cum antea vnico tantum diabolo obſeſſi fuiſſent.*

*Dico IV.* Longè veriùs hoc elogio Catholicam, quàm *Lutheranam*

doctri-

doctrinam ornari, quod ſolâ ſuapte vi & efficacia, ſine externis adminiculis, latiſſimè fuerit propagata. Erat S. Xauerius alieni orbis homo in Iaponia, in Inſulis Mauri; in alijs barbaris terris, linguarum illarum pæne prorsùs ignarus, omni librorum prę-ſidio nudus, cinctus vndiq; veneni cædiſq; periculis, nudipes, & vili tunica ex cannabe indutus, fame & ſiti, calore & algore per tot viarum difficultates miſerè cõfectus, nullo fauore Principum ſubnixus, nullis armis ſtipatus; nullâ opimâ præda onuſtus; & tamen tot tamque immanes populos ſuâ doctrinâ breuiſſimo tempore manſuefecit, & ad ſpinoſam Chriſti crucẽ, quæ gentibus ſtultitia eſt, adduxit. E contrario *Lutherus* in Germania Germanus rem egit, patriæ linguæ peritiſſimus fuit, eloquentia quoq; naturali facundiſſimus, facetiis & ſcurrilitatibus, quibus rudis capitur plebecula, inſtructiſſimus, de fauore Electoris Saxoniæ, aliorumq; quorundam Princi-

S. Xauerius quomodo fidem Catholicam propagarit.



Digitized by Google

cipum, quibus Eccleſiaſticarum opũ ſpem fecerat, certiſſimus: deniq; & ruſticorum armis munitus; vt ſupra luculenter docuimus. Iudicet nunc, qui iudicium rationis non amiſit, ſitnè æquius dicere, à *L*uthero *L*utheraniſmũ, an à S. Xauerio Catholiciſmum ſola vi & efficacitate doctrinæ ſuæ fuiſſe propagatum?

*Dico V*. Chriſto non obieciſſe Phariſæos, quòd ſimpliciter & vniuerſim laxiorem diſciplinam inueheret, ſed ſolùm ſecundùm quid, hoc eſt, quòd obſéruationes quorundam baptiſmatum, ceremoniarum, & leuioris cuiuſdam ieiunii negligeret, quæ extra lineam ſunt. Aut certè ſi obiecerũt, falsò obiecerunt; quare non poſſunt hoc ariete miracula Chriſti euerti. Cõſtat n. ex c. 5. 6. & 7. Matth. Chriſtum longè perfectiorem & ſeueriorem viuẽdi rationem ſuis diſcipulis præſcripſiſſe, quã fecerint Phariſæi. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus, quã Scribarũ & Phariſæorum*, inquit, *non intrabitis in regnum*

cælo-

*cælorum.* Item , *Dictùm eſt antiquis* &c. Ac Chriſtum hîc non ſolùm de Traditionibus Phariſaicis , ſed etiam de ipſa Legis obſeruatione locutum , egregiè probat Maldonatus noſter. Quod verò Saluator alibi dixit , *Iugum ſuum ſuaue eſſe*, id (vt taceam alias cauſas ) dixit propter gratiam diuinam , quàm ille nobis & miſericorditer promeruit, & amanter promiſit , & ſufficienter largiri paratus eſt. Hæc enim efficit, vt etiam grauia præcepta nobis leuia videantur; iuxta illud. *Suauiter equitat , quem gratia Dei portat.*

Cæterùm longè aliter res habet cũ Luthero. Is eam doctrinam tradidit, quæ ab omni moleſto opere virtutis vniuerſos abſoluit , ſummamq́; peccandi licentiam tribuit: vt partim ſupra Argumento 3. & 6. partim in Symbolo Lutherano, *Articulo de Eccleſia* demonſtrauimus: Cum ergo ſenſus hominis ad malum proni ſint ab adoleſcentia , quid gratius fuit, quàm audire ; quid facilius , quam expanſis mani-

In Symbolo Lutherano fol. 68. & ſeqq.

manibus amplecti talem doctrinam? quâ *non ideò peior es apud Deum, ſi careas bonis operibus: imo peſſimus fores, ſi bona opera ad Deo placendum putares eſſe neceſſaria.* Nullum igitur hic miraculum interceſſit; neq; Phariſaica eſt obiectio noſtra: ſed prorſus penetrabile telum, quo vlcus aduerſariorum penitiſſimè tangitur, & Diabolici miraculi purulenta ſentina detegitur, vt meritò de hoc miraculo dicere poſſimus: *Nō à Domino,* ſed à Dæmone factum eſt iſtud, & eſt miſerabile in oculis noſtris.

Finirem hîc Thaumaturgum meũ, niſi Vlmenſis ſuperintendens mihi remoram faceret, ac de illis, quæ ſupra recenſui, miraculis aurem vellicaret. fol. 10. & 11. Obtemperabo igitur monenti, ſed breuiter & modeſtè.

## RESPONSIO AD VLmenſia miracula.

**PRIMVM & SECVNDVM miraculum eſſe ait** Conradus Dieterich, quòd

quòd ante alias ſuperioris Germaniæ Vrbes illud celebre Emporium Euangelij lucem receperit, & confeſtim duos Monachos Apoſtatas, plurimosq; ciues Lutheranos habuerit.

RESPONDEO è noſtro ſexto argumento cognoſci, quid de his miraculis ſentiendum: præſertim cum Lutherus dicat. *Nullam doctrinam tam abſurdam ſomniari poſſe, quin diſcipulos inueniat, & quidem eò citiùs, quo ſtultior fuerit.* Sanè commiſeratione potiùs, quam admiratione digna eſt inclyta & nominatiſſima alioqui ciuitas, quod tam facilè heterodoxę NOVITATI hoſpitium dederit. Si peſtifer morbus ex Thracia celeri motu transportaretur in Germaniam, an gloriari Vienna miraculo poſſet, quod prima tam perniciosum venenum hauſerit? Vide ſupra pag. 96.

TERTIVM miraculum eſſe ait, quòd ciuicus Magiſtratus, alioqui Catholicus, tam citò publicum Lutheranæ Religionis exercitium permiſerit.

RESPONDEO nec iſtud admirandum eſſe. Cum enim ex ſenatori-

bus iam tum aliqui priſcam fidem deſeruiſſent, alij verò nec numero, nec viribus pares, populi ſeditionem haud vanè metuerent, quid aliud fieri potuit, quàm vt prædicantibus, importuniſſimè Cathedras flagitantibus, publica concionandi poteſtas concederetur?

QVINTVM *Caroli Cæſaris* conniuentiam in miraculo ponit: vt qui Lutheraniſmum delere potuerit, & non deleuerit.

RESPONDEO Carolum Cæſarem, pacta publica, & Imperialia decreta, ſeruare voluiſſe. Cur igitur ſit miraculum ea ſeruaſſe? Laudatiſſimus enim Imperator datam ſemel hominibus fidem ſemper, quoad vixit, præſtare antiquiſſimum habuit. Longè ſecùs Lutherus. *Ego doceo*, inquit, *Principem noſtrum non obedire Cæſari, & abſoluo eum ab omni obedientia, non tantùm Papæ, ſed & totius Imperij & Cæſaris.* Et ſi cauſam huis rei aues cognoſcere, illam in epi-

Tom 3. Ien. lat. in cõm. Geneſ. 31. f. 135. & Tom. 11. Ger. VVit. f. 214. b §. 2.

ſtola

ſtola ad Electorem Saxoniæ, aſſignat Lutherus. *Deus ipſe* (inquit) *OMNEM MAGISTRATVM & omne ius ac poteſtatem iam abrogauit, quàm primùm contra Euangelium agit.* Et paulò pòſt. *Neq; contra valet vllum ſigillum, litteræ, conſuetudo, aut vllum ius, niſi vis aliud facere cogat.* Vnde euidenter ſequitur, ſi quæ pacta cum Catholicis ineant Lutherani, etiam iureiurando & tabulis firmata, ſi tamen Lutherano Euangelio aliqua ratione incommodent, Lutheranos ad nullam fidem ſeruandam teneri.

Tom. 2. Ger. Ien. fol. 53. aut 95.

LVTHERANI ex Lutheri doctrina non tenentur vllam fidem ſeruare Catholicis in cauſa Religionis.

SEXTVM ET SEPTIMVM miraculũ ait fuiſſe, quòd mutatio Religionis in dicto loco ſine tumultu peracta ſit, & nemo eius cauſâ occiſus fuerit. RESPONDEO, ſi ita eſt, tunc ciues ſuos Prædicans inſigni iniuria afficit. Negat enim illos verè *Lutheranos* eſſe: an hoc impunè fecerit? Nam certiſſimum eſt *Lutherum* iſta ſcripſiſſe. *Oportet Euangelium* (Lutheranum) *turbas excitare quocunq; venit: Hoc ſi non*

Vide ſupra fol. 114.

*facit, non eſt verum Euangelium. Doctrina mea debet clamare & verberare. Hoc Deus auertat, vt Euangelium ſine ſeditione prædicemus. Nam ſi non turbas concitaremus, omniaq; pacata & tranquilla eſſent, actum iam eſſet de noſtro Euangelio.* Videat ergo Doctor Dieterich, quale Euangelium ſuis auditoribus prædicet, ſi nullas turbas excitet. Cæterùm ſi tota plebs tam auidè *Lutheri* doctrinam amplexa eſt, & Magiſtratus clauſis oculis omnia permiſit, vt ipſe Dieterich aſſerit, vnde quæſo tumultus metuendus fuiſſet? Quod verò nemo occiſus ſit ibi Lutheraniſmi cauſa, id non eſt infallibilis nota diuini miraculi. Quaſi verò non etiam alia Secta, vt Caluiniſmus, aut Zvvinglianiſmus alicubi receptus ſit ſine ſanguine?

**OCTAVVM**, quòd *Formula INTERIM* tam citò expirarit. **RESPONDEO** hoc nihil ardui fuiſſe. nam vt taceam eas cauſas, quas argumento 6. propoſuimus; quid poterat ex illa doctri-

doctrina LVTHERI, quâ docuit *non obedire Cæſari*, aliud ſequi? Equidē *Formulam* illam à Proteſtantibus receptā fuiſſe, manifeſtè docet *Receſſus* Comitiorum Auguſtanorum anno 1548 de conſenſu Statuum editus. Quod verò plurimi promiſſis non ſteterint, & pacta non ſeruauerint, ſi id *L*utheranum miraculum appellet Conradus Dieterich, per me licebit; nos talia miracula non laudamus magno opere: quippe quæ etiam à Turcis & Caluiniſtis patrari conſueuerunt.

NONVM ait eſſe doctrinæ Lutheranæ conſtantiam & puritatem eo loco tot annis ſine interruptione continuatam. RESPONDEO Religionem illic ab anno 1520 vſq; ad 1554 fuiſſe inconſtantiſſimam. Nam per primum decennium nouati Euangelij vehementer populus inter Zvvinglianiſmum & *L*utheraniſmum fluctuabat; & Zvvinglianiſmo propiorem fuiſſe ex eo facilè colligitur, quòd cum anno 1531 vniuerſalis fidei mutatio

inſtitueretur, ei negotio duo Zvvingliani præfecti ſint, Oecolampadius videlicet & Bucerus, quorum alteri poſtea Diabolus gulam fregit, *L*uthero teſte. Annon putabimus hanc Sacroſanctam Reformationem fuiſſe? Poſthæo, vt fatetur ipſe Dieterich Georgi⁹ Keller ſucceſſit, qui eundẽ agrũ Zvvinglianis imbribus palã & copioſè rigauit, donec à *L*utherano Æolo Martino Frecht tropic⁹ ſeu metaphoricus iſte Pluuius in malam rem fuit abactus. Anno itaq; *1554*, valere iuſſo Zvvinglianiſmo, Auguſtana Confeſſio primam ſedem habuit, eâ conſtantiâ, quâ illa publicè extabat; quæ quanta fuerit vſq; ad annum octogeſimum, ſuprà pagina 40. & ſeqq. ex ipſis *L*utheranis oſtendimus. Hæc de miraculis à Conrado Dieterich dilaudatis.

## EPILOGVS.

Audiſtis, quàm inanis & irritus ſit Præ-

Prædicantium conatus, qui celerem *L*utheraniſmi propagationem pro miraculoſo nobis teſtimonio obtrudunt. Nolite illis credere. Non eſt hoc miraculum; non eſt. Quid ergo agitis? Hanc nouitiam & recentem doctrinam, quæ temerè, ſcandaloſè, & ſacrilegè cœpta, quæ manifeſtè blaſphema, quæ armis & rebellione ſubditorum erga ſuos legitimos Dominos propagata, quæ toties in aliam & aliam formam tranſmutata, quæ à tam flagitioſis & diſcordibus Magiſtris tradita, quæ omnibus ſignis VERITATIS deſtituta, hanc, inquam, doctrinam antiquiſſimæ illi, totius orbis conſenſione firmatæ, & teſtatiſſimis miraculis illuſtratæ, optimorum maiorum veſtrorum fidei anteponitis? Illi fidei, quæ dum floruit, pax floruit, charitas floruit, pietas floruit, ſalus publica floruit, floruere omnia? O Germania, Germania! tandem ſomnum diſcute, & æquo mentis iudicio hoc *L*utheri miraculum perpende. Non eſt cæle-

ſtis ſtella, ſed fatuus ignis, quem tibi iſti fallaci digito oſtentant, vt ad Herodem, non vt ad Chriſti præſepe ducãt. Perijſti, ſi tali ſigno credidiſti. Retrò cogita, & magna illa nomina, Ambroſios, Auguſtinos, Cyrillos, & Athanaſios ob oculos pone: Non te decipient iſti, ſed quemadmodum *fidem Chriſti purè ſine vlla ſuperſtitione docuerunt* (ipſo *L*uthero teſte) ita vera ſigna fidei quàm optimè cognouerunt, & fideliſſimè litteris conſignarunt. Vis audire vel vnum ex illis? Magnum tibi & auguſtiſſimum Auguſtinum produco. Quanta ille in li. 22. de ciu. Dei. cap. 8. pro inuocatione ſanctorum, & cultu reliquiarum miracula! In Hiſpania & Africa ait aliquot MORTVOS ad cõtactum RELIQVIARVM S. STEPHANI in vitam eſſe reuocatos: Mediolani quoq; præter plurimos alios morbos diuinitùs curatos, Cæco cuidam viſum eſſe reſtitutum indubiè & aſſeuerantiſſimè conteſtatur; idq; in ſolenni Tranſlatione SS. Martyrũ Ger-

Luther. cõment. 2. in ep. Gal. c. 5. t. 5. fol. 421. b. VViteb.

Digitized by Google

Geruaſij & Protaſij. Annon hiſce prodigijs annuit Deus gratam ſibi eſſe ſacrarum Reliquiarum venerationem? Quid ad iſta vos Lutherani? Audio quid dicatis; corruptos Libros de Ciuitate Dei; & à falsâ manu inſertas eſſe iſtas fabulas. Sed vnde probatis? Ludouicus Viues hoc ſuſpicatur. Quaſi verò ſuſpicio vnius hominis ( de fide etiam meritò ſuſpecti ) præiudicare poſſit iudicio totius orbis, qui tot ſęculis hoc caput octauum lib. 22. de Ciuit. Dei pro genuino partu S. Auguſtini indubitanter habuit. Quis ille vnicus, ſi tot tantiſq; opponatur? Gutta ad mare, lucerna ad ſolem, lapillus ad montem. Profectò perinde ſanctorum Patrum libros tractatis, vt Scripturam Canonicam: de quâ, quæ veſtro palato ſapiunt, admittitis, cætera ſuppoſititia clamitatis. Non effugietis. Premit vos alio loco Auguſtinus eiuſdem Cæci miraculoſa ſanatione; Nam libr. 9. confeſſionum cap. 7. Sic ſcribit: *Cum enim propalata & effoſſa ( corpora SS. Geruaſij & Protaſij ) dig-*

Primum teſtimonium S. Auguſtini de Cæco.

Secundò S. Auguſtinus idem teſtatur.

*no cum honore transferrentur ad Ambroſianam Baſilicam, non ſolùm quos immundi vexabant ſpiritus, confeſſis eiſdem dæmonibus, ſanabantur, verùm etiam quidam plures annos CAECVS ciuis, ciuitatiq́ notiſſimus, cum populi tumultuantis lætitiæ cauſam quæſiiſſet, atq́ audiſſet, exilijt, eoq́ ſe vt duceret, ſuum ducem rogauit. Quo perductus impetrauit admitti, vt ſudario tangeret feretrum precioſa in conſpectu tuo mortis ſanctorum tuorum. Quod vbi fecit, atq́ admouit oculis, confeſtim aperti ſunt.* Quid potuit explicatius? Adhuc iſthæc fabuloſa eſſe, nec ab Auguſtino ſcripta dicitis? Ergo Auguſtinum iterum alibi audite. Dixerat is *libro de vera Religione, Deum apoſtolica miracula ideo in noſtra tempora durare non permiſiſſe, ne anima ſēper viſibilia quæreret. Hoc dictum*(lib. 1. Retractationum c. 13. inquit) *non ſic accipiendum eſt, vt nunc in Chriſti nomine fieri miracula nulla credantur. Nam ego ipſe, quando iſtum ipſum librum ſcripſi, ad Mediolanenſium corpora Martyrum in eadē ciuitate CAECVM illuminatū fuiſſe iā noueram, & alia nonnulla,*

Tertiò S. Auguſtinus affirmat CAECVM miraculosè curatum.

*qua-*

*qualia tã multa etiã iſtis temporibus fiunt, ut nec omnia cognoſcere, nec ea quæ cognoſcuntur, enumerare poſſimus.* Ecce! Tertium S. Auguſtini de hoc CÆCO teſtimonium. Non dum creditis? O dura pectora! Arianis ſimiles eſtis, qui etiã olim huic ipſiſſimo CÆCO oblatrarũt. Sed quid illis S. Ambroſius? *Negant*, inquit, *Ariani CAECVM illuminatum: ſed ille non negat ſe ſanatum. Ille dicit, video, quæ non videbam; ille dicit, cæcus eſſe deſiui; & probat facto. Iſti beneficium negant, quod factum negare non poſſunt. Notus homo eſt, publicis cum valeret, mancipatus obſequiis, Seuerus nomine, lanius miniſterio. Depoſuerat officium, poſtquam inciderat impedimentum: Vocat ad teſtimonium homines, quorum antè ſuſtentabatur obſequiis. Eos indices ſuæ viſionis accerſit, quos habebat teſtes & arbitros cæcitatis. Clamat, quod, ut contigit FIMBRIAM de veſte Martyrum, quâ ſacræ reliquiæ veſtiuntur, redditum ſibi lumen ſit. Cæcus fui & modo video.* Videtis, opinor, niſi cæci eſtis, Auguſtini & Ambroſii conſenſum de hoc CÆCO, cui ſacrarum reli-

ſerm. 93.

S. Ambroſii de eodẽ CÆCO ſanato teſtimoniũ.

bus iam tum aliqui priſcam fidem deſeruiſſent, alij verò nec numero, nec viribus pares, populi ſeditionem haud vanè metuerent, quid aliud fieri potuit, quàm vt prædicantibus, importuniſſimè Cathedras flagitantibus, publica concionandi poteſtas concederetur?

QVINTVM *Caroli Cæſaris* conniuentiam in miraculo ponit: vt qui Lutheraniſmum delere potuerit, & non deleuerit.

RESPONDEO Carolum Cæſarem, pacta publica, & Imperialia decreta, ſeruare voluiſſe. Cur igitur ſit miraculum ea ſeruaſſe? Laudatiſſimus enim Imperator datam ſemel hominibus fidem ſemper, quoad vixit, præſtare antiquiſſimum habuit. Longè ſecùs *Lutherus*. *Ego doceo*, inquit, *Principem noſtrum non obedire Cæſari, & abſoluo eum ab omni obedientia, non tantùm Papæ, ſed & totius Imperij & Cæſaris*. Et ſi cauſam huis rei aues cognoſcere, illam in epiſtola

Tom 3. Ien. lat. in cõm. Geneſ. 31. f. 135. & Tom. 11. Ger. VVit. f. 214. b §. 2.

ſtola ad Electorem Saxoniæ, aſſignat Lutherus. *Deus ipſe* (inquit) *OMNEM MAGISTRATVM & omne ius ac poteſtatem iam abrogauit, quàm primùm contra Euangelium agit.* Et paulò pòſt. *Neq; contrà valet vllum ſigillum, litteræ, conſuetudo, aut vllum ius, niſi vis aliud facere cogat.* Vnde euidenter ſequitur, ſi quæ pacta cum Catholicis ineant Lutherani, etiam iureiurando & tabulis firmata, ſi tamen Lutherano Euangelio aliqua ratione incommodent, Lutheranos ad nullam fidem ſeruandam teneri.

Tom. 2. Ger. Ien. fol. 53. aut 95.

LVTHERANI ex Lutheri doctrina non tenentur vllam fidem ſeruare Catholicis in cauſa Religionis.

SEXTVM ET SEPTIMVM miraculũ ait fuiſſe, quòd mutatio Religionis in dicto loco ſine tumultu peracta ſit, & nemo eius causâ occiſus fuerit. RESPONDEO, ſi ita eſt, tunc ciues ſuos Prædicans inſigni iniuria afficit. Negat enim illos verè *Lutheranos* eſſe: an hoc impunè fecerit? Nam certiſſimum eſt *Lutherum* iſta ſcripſiſſe: *Oportet Euangelium* (Lutheranum) *turbas excitare quocunq; venit: Hoc ſi non facit,*

Vide ſupra fol. 214.



Digitized by Google

*facit, non eſt verum Euangelium. Doctrina mea debet clamare & verberare. Hoc Deus auertat, vt Euangelium ſine ſeditione prædicemus. Nam ſi non turbas concitaremus, omniaq́ pacata & tranquilla eſſent, actum iam eſſet de noſtro Euangelio.* Videat ergo Doctor Dieterich, quale Euangelium ſuis auditoribus prædicet, ſi nullas turbas excitet. Cæterùm ſi tota plebs tam auidè *Lutheri* doctrinam amplexa eſt, & Magiſtratus clauſis oculis omnia permiſit, vt ipſe Dieterich aſſerit, vnde quæſo tumultus metuendus fuiſſet? Quod verò nemo occiſus ſit ibi Lutheraniſmi cauſa, id non eſt infallibilis nota diuini miraculi. Quaſi verò non etiam alia Secta, vt Caluiniſmus, aut Zvvinglianiſmus alicubi receptus ſit ſine ſanguine?

Octavvm, quòd *Formula INTERIM* tam citò expirarit. Respondeo hoc nihil ardui fuiſſe. nam vt taceam eas cauſas, quas argumento 6. propoſuimus; quid poterat ex illa

doctri-

doctrina LVTHERI, quâ docuit *non obedire Cæſari*, aliud ſequi? Equidē *Formulam* illam à Proteſtantibus receptā fuiſſe, manifeſtè docet *Receſſus* Comitiorum Auguſtanorum anno 1548 de conſenſu Statuum editus. Quod verò plurimi promiſſis non ſteterint, & pacta non ſeruauerint, ſi id *L*utheranum miraculum appellet Conradus Dieterich, per me licebit; nos talia miracula non laudamus magno opere: quippe quæ etiam à Turcis & Caluiniſtis patrari conſueuerunt.

NONVM ait eſſe doctrinæ Lutheranæ conſtantiam & puritatem eo loco tot annis ſine interruptione continuatam. RESPONDEO Religionem illic ab anno 1520 vſq; ad 1554 fuiſſe inconſtantiſſimam. Nam per primum decennium nouati Euangelij vehementer populus inter Zvvinglianiſmum & *L*utheraniſmum fluctuabat; & Zvvinglianiſmo propiorem fuiſſe ex eo facilè colligitur, quòd cum anno 1531 vniuerſalis fidei mutatio

inſtitueretur, ei negotio duo Zvvingliani præfecti ſint, Oecolampadius videlicet & Bucerus, quorum alteri poſtea Diabolus gulam fregit, *L*uthero teſte. Annon putabimus hanc Sacroſanctam Reformationem fuiſſe? Poſthæo, vt fatetur ipſe Dieterich Georgi⁹ Keller ſucceſſit, qui eundẽ agrũ Zvvinglianis imbribus palã & copioſè rigauit, donec à *L*utherano Æolo Martino Frecht tropic⁹ ſeu metaphoricus iſte Pluuius in malam rem fuit abactus. Anno itaq; *1554*, valere iuſſo Zvvinglianiſmo, Auguſtana Confeſſio primam ſedem habuit, eâ conſtantiâ, quâ illa publicè extabat; quæ quanta fuerit vſq; ad annum octogeſimum, ſuprà pagina 40. & ſeqq. ex ipſis *L*utheranis oſtendimus. Hæc de miraculis à Conrado Dieterich dilaudatis.

## EPILOGVS.

Audiſtis, quàm inanis & irritus ſit

Præ-

Prædicantium conatus, qui celerem *L*utheraniſmi propagationem pro miraculoſo nobis teſtimonio obtrudunt. Nolite illis credere. Non eſt hoc miraculum; non eſt. Quid ergo agitis? Hanc nouitiam & recentem doctrinam, quæ temerè, ſcandaloſè, & ſacrilegè cœpta, quæ manifeſtè blaſphema, quæ armis & rebellione ſubditorum erga ſuos legitimos Dominos propagata, quæ toties in aliam & aliam formam tranſmutata, quæ à tam flagitioſis & diſcordibus Magiſtris tradita, quæ omnibus ſignis VERITATIS deſtituta, hanc, inquam, doctrinam antiquiſſimæ illi, totius orbis conſenſione firmatæ, & teſtatiſſimis miraculis illuſtratæ, optimorum maiorum veſtrorum fidei anteponitis? Illi fidei, quæ dum floruit, pax floruit, charitas floruit, pietas floruit, ſalus publica floruit, floruere omnia? O Germania, Germania! tandem ſomnum diſcute, & æquo mentis iudicio hoc *L*utheri miraculum perpende. Non eſt cæle-

ſtis ſtella, ſed fatuus ignis, quem tibi iſti fallaci digito oſtentant, vt ad Herodem, non vt ad Chriſti præſepe ducãt. Perijſti, ſi tali ſigno credidiſti. Retrò cogita, & magna illa nomina, Ambroſios, Auguſtinos, Cyrillos, & Athanaſios ob oculos pone: Non te decipient iſti, ſed quemadmodum *fidem Chriſti purè ſine vlla ſuperſtitione docuerunt* (ipſo Luthero teſte) ita vera ſigna fidei quàm optimè cognouerunt, & fidelißimè litteris conſignarunt. Vis audire vel vnum ex illis? Magnum tibi & auguſtiſſimum Auguſtinum produco. Quanta ille in li. 22. de ciu. Dei. cap. 8. pro inuocatione ſanctorum, & cultu reliquiarum miracula! In Hiſpania & Africa ait aliquot MORTVOS ad cõtactum RELIQVIARVM S. STEPHANI in vitam eſſe reuocatos: Mediolani quoq; præter plurimos alios morbos diuinitùs curatos, CÆCO cuidam viſum eſſe reſtitutum indubiè & aſſeuerantiſſimè conteſtatur; idq; in ſolenni Tranſlatione SS. Martyrũ

Luther. cõment. 2. in ep. Gal. c. 5. t. 5. fol. 421. b. VViteb.

Ger-

Geruaſij & Protaſij. Annon hiſce prodigijs annuit Deus gratam ſibi eſſe ſacrarum Reliquiarum venerationem? Quid ad iſta vos Lutherani? Audio quid dicatis; corruptos Libros de Ciuitate Dei; & à falsâ manu inſertas eſſe iſtas fabulas. Sed vnde probatis? Ludouicus Viues hoc ſuſpicatur. Quaſi verò ſuſpicio vnius hominis (de fide etiam meritò ſuſpecti) præiudicare poſſit iudicio totius orbis, qui tot ſeculis hoc caput octauum lib. 22. de Ciuit. Dei pro genuino partu S. Auguſtini indubitanter habuit. Quis ille vnicus, ſi tot tantiſq; opponatur? Gutta ad mare, lucerna ad ſolem, lapillus ad montem. Profectò perinde ſanctorum Patrum libros tractatis, vt Scripturam Canonicam: de quâ, quæ veſtro palato ſapiunt, admittitis, cætera ſuppoſititia clamitatis. Non effugietis. Premit vos alio loco Auguſtinus eiuſdem Cæci miraculoſa ſanatione; Nam libr. 9. confeſſionum cap. 7. Sic ſcribit: *Cum enim propalata & effoſſa (corpora SS. Geruaſij & Protaſij) digno*

Primum teſtimonium S. Auguſtini de Cæco.

Secundò S. Auguſtinus idem teſtatur.

*no cum honore transferrentur ad Ambroſianam Baſilicam, non ſolùm quos immundi vexabant ſpiritus, confeſſis eiſdem dæmonibus, ſanabantur, verùm etiam quidam plures annos* CAECVS *ciuis, ciuitatiq́ notiſſimus, cum populi tumultuantis lætitiæ cauſam quæſiiſſet, atq́ audiſſet, exiljt, eoq́ ſe vt duceret, ſuum ducem rogauit. Quo perductus impetrauit admitti, vt ſudario tangeret feretrum precioſæ in conſpectu tuo mortis ſanctorum tuorum. Quod vbi fecit, atq́ admouit oculis, confeſtim aperti ſunt.* Quid potuit explicatius? Adhuc iſthęc fabuloſa eſſe, nec ab Auguſtino ſcripta dicitis? Ergo Auguſtinum iterum alibi audite. Dixerat is *libro de vera Religione, Deum apoſtolica miracula ideo in noſtra tempora durare non permiſiſſe, ne anima ſẽper viſibilia quæreret. Hoc dictum* (lib. 1. Retractationum c. 13. inquit) *non ſic accipiendum eſt, vt nunc in Chriſti nomine fieri miracula nulla credantur. Nam ego ipſe, quando iſtum ipſum librum ſcripſi, ad Mediolanenſium corpora Martyrum in eadẽ ciuitate* CAECVM *illuminatũ fuiſſe iã noueram, & alia nonnulla,*

Tertiò S. Auguſtinus affirmat CAECVM miraculosè curatum.

qua-

*qualia tā multa etiā iſtis temporibus fiunt, vt nec omnia cognoſcere, nec ea quæ cognoſcuntur, enumerare poſſimus.* Ecce! Tertium S. Auguſtini de hoc Cæco teſtimonium. Non dum creditis? O dura pectora! Arianis ſimiles eſtis, qui etiā olim huic ipſiſſimo Cæco oblatrarūt. Sed quid illis S. Ambroſius? *Negant,* inquit, *Ariani CAECVM illuminatum: ſed ille non negat ſe ſanatum. Ille dicit, video quæ non videbam; ille dicit, cæcus eſſe deſiui; & probat facto. Iſti beneficium negant, quod factum negare non poſſunt. Notus homo eſt, publicis cum valeret, mancipatus obſequiis, Seuerus nomine, lanius miniſterio. Depoſuerat officium, poſtquam inciderat impedimentum: Vocat ad teſtimonium homines, quorum antè ſuſtentabatur obſequiis. Eos indices ſuæ viſionis accerſit, quos habebat teſtes & arbitros cæcitatis. Clamat, quod, vt contigit FIMBRIAM de veſte Martyrum, quā ſacræ reliquiæ veſtiuntur, redditum ſibi lumen ſit. Cæcus fui & modo video.* Videtis, opinor, niſi cæci eſtis, Auguſtini & Ambroſii conſenſum de hoc Cæco, cui ſacrarum reli-

ſerm. 93.

S. Ambroſii de eodē Cæco ſanato teſtimoniū.

quiarum veneratio attulit ſanitatem; & quidem *orantib. & impetrantib. ſanctis Martyribus*, vt loquitur S. Auguſtinus.

Lib. 21. de ciuit. c. 9.

Ite nunc Lutherani, & ſimiliter nobis tantis teſtimoniis firmata MIRACVLA pro SOLA fide veſtra depromite. Si nõ poteſtis, vel CÆCVS iſte Mediolanenſis oculos veſtros veritati clauſos tandem aperiat, & in verã Chriſti Eccleſiam, ex qua Lutheri fraus vos excuſſit, reducat; in qua ſi nõ poteſtis iucundius viuere, poteſtis tamen tutius mori, vt Melanchthonẽ moribundum ferunt ſuæ matri reſpondiſſe. Id vt vobis citò eueniat, Dei miſericordiam ex animo precor & veneror, Amen.

Iſte CÆCVS in extremo Iudicio ſtabit contra Lutheranos.

*Ad maiorem Dei gloriam, & Eccleſiæ Catholicæ Orthodoxæ defenſionem.*

## ERRATA.

pag. 5. v. 10. *eſ.* lege eſſe. p. 7. v. vlt. *moroſi in poſtulato eſtis.* lege, *moroſè in poſtulatu ſuo, licet iniquo, perſeuerent.* p. 13. v. 6. dele *ſingillatim.* p. 33. v. 2. *inhumni.* l. *inhumani.* p. 33. v. 15. 1257. l. 1527. p. 68. v. 2. *addis.* l. *addit.* ead. p. v. 5. *Ergo & tu Luthere cum ais;* l. *Ergo & Lutherus, cũ ait.* p. ead. v. 6. & 7. l. *damnãdus eſt.* & v. 8. pro *poteras.* l. *poterat.* p. 90. v. vlt. pro *Pontificij* l. *Pontifici.* p. 93. v. 21. pro *Oniâ*, l. *Achab.* 2. Paralip. 18. vbi Michæas Propheta contemnitur. p. 97. v. vlt. pro *Peripateſmatis*, l. *Peripetaſmatis.* p. 109. v. 16. *Cathoiica.* l. *Catholica.* p. 112. v. 2. pro adminiſtrarent l. *adminiſtraret.* & v. 3. pro *aſſeruarent*, l. *aſſeruaret.* p. 126. v. 16. pro *conantur* l. *conatur.* p. 144. v. 22. adde. *Inter articulos autem Huſſi damnatos fuit etiam iſte articulus VVicleſi de ſtudijs.* p. 17. v. 2. pro *requitur*, l. *requiritur.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-2

Digitized by Google

IHS